¶ Reprobat hāc opionē dupl'r. Primo qꝛ tūc circulus lacte⁹ nō semp apperet in eadē pte celi: et apd eadē astra: cōns falsuz et cōtra experiētiā. et pbat cōntia: qꝛ si in nocte pp terrā interpositā: q̄dā astra occultarent sic q nō aspicerent a sole: eorū lumē a nobis pceptū eēt circulus lacte⁹: cū sol cōtinue moueat circa terrā. seqt q cōtinue alia et alia astra nō aspiciuntur a sole: et p cōns circulus lacteus cōtinue penes alia et alia astra videbit. Vn̄ dicit [Manifestuz aūt q et h] est [ipole: lac qdem enim semp idem] est [et in eisdez astris: apparens enim maximus eius circulus: a sole aūt semper altera] sūt astra [que nō aspiciunt: qꝛ nō manet] sol [in eodē loco: oportebit ergo translato sole transferri et lac] et in alia parte videri [nunc autem non apparet hoc factum.]

¶ Adhuc si queadmodū in celestiū rerū cōtēplationibus demōstratū est/ita res sese hēat/τ solis magnitudo maior sit q̄ʒ terre τ distātia stellarū a terra multiplicato maior sit q̄ʒ solis ab eadē/queadmodū solis a terra q̄ʒ lune maior est:alicubi nō ꝓcul a terra turbo ille q a sole initium sumit/radios cōmittet cōiungetq̄ʒ: nec terre vmbra/quā noctē appellitāt:ad astra pertinget:sed solem sydera omnia circunspicere/τ eoꝝ nulli terram obsistere:necesse est.

¶ Adhuc aūt si queadmodum ostendit̄ nunc in his que circa astrologiā theorematibus solis magnitudo maior q̄ʒ que terre: τ distantia multo maior que astroꝝ ad terrā q̄ʒ que solis: sicut que solis ad terram q̄ʒ que lune:nō itaqʒ lōge alicubi a terra conus q a sole cōiacet radios:neqʒ vtiqʒ vmbra terre que vocat̄ nox erit apud astra:sed necesse solem in oia astra ꝓspicere: τ nulli ipsoꝝ terrā obsistere.

¶ Scdo arguit cōtra illā opinionē ostēdēdo fundamētū eiꝰ falsum esse.s.ꝙ aliq̄ astra fixa cadant sub vmbra terre:τ ex hoc nō aspiciant̄ a sole. Primo supponēdo ex astrologia ꝙ sol est valde maior tota terra:τ ꝙ distātia que est iter terrā τ astra fixa:est multo maior q̄ʒ distātia que est iter terram τ solē:his stātibꝰ statiʒ sequit̄ ꝙ conus vmbre terre maxime distās ab ea minus distat a terra q̄ʒ sol:q2 qn̄ luminosuʒ est multo maius q̄ʒ opacū fit post opacū vmbra pyramidalis: cuius conus nō multū distat ab eo quē sequit̄:q̄re sequit̄ ꝙ vmbra terre nō attingit ad sphērā solis:τ a fortiori nō attingit ad astra fixa octaue sphere que a terra plus distāt q̄ʒ sol. Dicit ḡ. Adhuc aūt si queadmodū nūc ondit̄ in his theorematibꝰ que [sunt] circa astrologiaʒ solis magnitudo maior [est] q̄ʒ [magnitudo] que est terre:τ distātia [que est] astroꝝ [fixoꝝ] ad terrā multo maior [est] q̄ʒ [distātia] que [ē] solis [ad terrā] sicut [distātia] que est solis ad terrā est maior [q̄ʒ] distantia] que [est] lune [ad terrā. quibus stantibꝰ: sequitur itaqʒ ꝙ] conus qui a sole cōiacet radios [.i. angulus radioꝝ solis se itersecātiū vbi terminat̄ vmbra terre est] alicubi nō itaqʒ longe a terra [τ sic] neqʒ vtiqʒ vmbra terre que vocat̄ nox erit apud astra:sed necesse [est] solē oia astra ꝓspicere:τ nulli ipsoꝝ [astroꝝ] obsistere terrā [qn̄ ꝓspiciat̄ a sole. ¶ Intelligendū ꝙ Aristo. pro rōne sua pmo supponit ex astrologia ꝙ sol sit maior terra. Et dicit Albertus ꝙ quelibet stella est maior terra exceptis Luna τ Mercurio. ¶ Ulteriꝰ supponit ꝙ maior sit distātia stellaꝝ fixaꝝ ad terrā q̄ʒ solis ad terrā:pʒ q2 sphera stellaꝝ fixarū est superior ad sphērā solis τ distātior a cētro vbi est terra. ¶ Ex his seq̄t̄ ꝙ vmbra terre que nox appellat̄ nō attingit ad stellas fixas:imo vt dicūt astrologi:nō ptrāsit sphērā lune. ¶ Ad qd̄ declarādum sciendū est ꝙ qn̄ luminosum est minus opaco vel sibi eq̄le vmbra que fit post opacū nō terminat̄ fm̄ longū a lumine:q2 radij luminosi post tale opacū nunq̄ʒ cōcurrunt:sed qn̄ opacū est minus lumioso terminat̄ vmbra post opacū: q2 radij luminosi post opacū cōcurrūt causantes angulū acutū:τ quāto luminosuʒ fuerit maius opaco alijs paribꝰ:tāto citius cōcurrent radij:τ post opacū minor cābitur vmbra:q2 ibi terminat̄ vmbra:vbi cōcurrūt radij luminosi ad angulū: q2 ḡ sol est valde maior terra cito post terrā cōcurrunt radij solis:τ ciꝰ terminabit̄ vmbra:quare minor erit distātia extremi illius vmbre a terra q̄ʒ sit solis a terra.

¶ Est aūt p̄terea de lacte:tertia q̄dā opinio Quidam enim:lac ipsum perinde atqʒ crinitum sydus esse refractionem nostri aspectus ad solē/dicant.

¶ Amplius aūt est tertia quedā suspitio de ipso:dicūt eni q̄dā lac esse refractionē nostri visus ad solē:sicut τ stellā cometam.

¶ Hic ponit opionē tertiā de galaxia. τ duo facit:q2 p̄mo ponit opionē. 2ᵒ reprobat eā.ibi. [Impossibile aūt.] De pᵒ ponit opionē quorūdā qui dixerūt circulū lacteū esse lumē solis refractū a q̄busdā stellis in illa parte celi existētibꝰ:vbi appet ille circulus se habētibꝰ sicut specula ad visuʒ nrm̄:τ hoc est simile illi qd̄ dixerūt de stella comata. Dicit ḡ. Amplius aūt est tertia quedā suspitio [siue debilis opio] de ipso [lacte:] dicunt eni q̄dā lac esse refractionē nostri visus ad solem [.i. luminis solaris ad visum nostrū] sicut [dicūt] τ stellam comatā [esse lumen sic refractū τc̄.]

¶ Sed τ hoc:fieri nequit. Nā si τ vidēs τ speculū τ totū id qd̄ cōspectui obuiā est q̄escāt:in eadē speculi pte/eadē visionis portio apparebit. Sin vō speculū τ res cōspecta in eadē ad id qd̄ videt ac q̄escit distantia.sed iter se nec eque celeriter nec eodē semꝑ iteruallo moueant̄:fieri ꝓfecto nō poterit vt eadē visio in eadem speculi pte cōspiciat̄. At stelle que in lacteo circulo feruntur/τ sol quem versus refractio fit:τ similiter τ ex equo a nobis distātes/a seipsis aūt minime/manentibus nobis mouent̄. Interdū siquidē media nocte/interdū diluculo:exorit̄ Delphin. Lactis aūtē partes: eedem in vnaquaqʒ manent.

¶ Impossibile aūt τ hoc:siquidē eni vidēs q̄euerit τ speculū τ qd̄ videt̄ omne in eodem signo speculi eadē apparebit vtiqʒ pars emphaseos. Si aūt moueat̄ speculum τ qd̄ videt̄ in eadem distantia q̄dem ad videns τ quiescēs. Adinuicē aūt neqʒ eque velociter:neqʒ in eadem q̄dem distantia ipossibile eandē emphasim eadē esse pte speculi. Que aūt in lactis circulo lata astra mouent̄: τ sol ad quē refractio manētibꝰ nobis: τ silr τ eq̄liter ad nos distantibus:ab ipsis aūt nō eq̄liter. qn̄qʒ eni delphis noctibꝰ medijs orit̄:aliquādo autēʒ diluculo: partes aūt lactis eedēʒ manent in vnoquoqʒ. Et quidē nō oportebat si emphasis:sed nō in eisdem esset hec passio locis.

¶ Improbat hāc opionem dupl̄r. p̄ q2 tūc circulus lacteus nō semꝑ appet in eadē parte celi:q2 lʒ visu q̄escente re visa τ speculo semꝑ res visa appeat i eodē loco:tn̄ q̄escēte visu: speculo τ re visa motis:τ nō seruātibꝰ adinuicē eq̄lē distantiā ipoſe est rē visaʒ i eodē loco appere. cū ḡ nr̄o visu q̄escēte:sol τ illa astra cōtinue moueant̄ τ nō seruēt adinuicē eq̄lē distātiā:seq̄t̄ ꝙ res visa.s.circulus lacteus in alio τ alio loco successiue appebit:q̄d̄ est falsum: vt p̄ʒ. Qd̄ aūt sol τ astra circuli lactei nō seruēt iter se eq̄lē distātiā appet de delphino que est stella q̄dā ipsiꝰ circuli:τ aliqn̄ orit̄ in media nocte:τ aliqn̄ in diluculo:τ certū est ꝙ est ꝓpingor soli qn̄ orit̄ in diluculo q̄ʒ quādo orit̄ in media nocte. Unde dicit. [Impossibile aūt:τ hoc siquidem enim videns quieuerit τ speculum τ omne qd̄ videt̄:eadē vtiqʒ ps emphaseos [.i. forma que videt̄] apparebit in eodē signo [seu pūcto] speculi.] [Si autē speculū moueat̄:τ qd̄ videt̄ in eadēʒ quidem sint distantia ad vidēs τ q̄escens. Adinuicē aūt neqʒ eque velociter [mo-

tu anẽ neqȝ in eadẽ semper sint distãtia tũc est impossibile eandẽ emphasim .i. forme apparitionẽ esse in eadẽ parte speculi. Astra aũt que sunt lata .i. mota in circulo lacteo mouent᷑ ⁊ sol mouet᷑ ad quẽ fit refractio luminis manẽtib⁹ nobis .i. quiescentib⁹ ⁊ ipsis similr̃ ⁊ equalr̃ ad nos distantib⁹: ab ipsis aũt nõ equaliter qd̃ probatur: qdẽ. n. decipbis q̃nqȝ oriẽ in medijs noctib⁹: aliqñ aũt diluculo: aũt pro sed in vnoquoqȝ loco circuli lactei manẽt ⁊ continue eedẽ partes apparẽt lactee: ⁊ tñ nõ oportebat si lac erat emphasis .i. apparitio forme: siue luminis solis reflexi ab illis astris: vnde si sic esset hec passio siue iste circulus nõ eẽt adhuc apparẽs in eisdẽ locis qd̃ tñ est falsuȝ. Intelligẽdum q̈ vt appet in perspectiua: res que videt᷑ mediãte speculo apparet in concursu radij visualis cũ catheco. sed variata distãtia iter speculũ ⁊ rem visam nõ fit ille concursus in eodẽ puncto: vt pȝ protrahẽdo lineas a re visa ad speculuȝ: ⁊ a speculo ad oculũ: iõ tũc nõ appet res visa in eodẽ loco ⁊c̃.

Atqui nõ oporteret: si lac emphasis atqȝ visio esset, imo ne in eis qdẽ locis hec foret affectio. Preterea, noctu in aq̃ ⁊ id genus speculis: lac spectãtib⁹ appet. Sed q̃ fieri põt: vt tuȝ aspect⁹ in aduersum solẽ visus refrãgat᷑? Pȝ igit᷑ ex hisce: lacteũ circulũ neqȝ meatũ vllius viã, neqȝ stellarũ que nõ videnẽ iubar, neqȝ refractionem esse. Hec autem sola: fere sunt que ad hoc vsqȝ cũ ab alijs tradita sunt.

Adhuc autẽ nocte in aqua ⁊ talib⁹ speculis lac qdem illucescit aspicientibus. Visum autẽ refragi ad solẽ quomodo possibile. Et qdem igit᷑ neqȝ via planetarũ nullius: neqȝ lumẽ est: neqȝ respectorũ astroruȝ: neqȝ refractio ex his manifestũ. Fere aũt hec solum sunt que vsqȝ nunc tradita sunt ab alijs.

Scd̃o arguit contra illã opinionẽ: q2 nobis de nocte aspicientib⁹ in aquã videmus circulũ lacteũ: ⁊ tñ pro tũc nõ est possibile fieri refractionẽ radiorũ solis ab illis stellis ad visum nr̃m. Vñ dicit Adhuc aũt in nocte in aq̃ ⁊ talib⁹ speculis lac qdẽ illucescit aspiciẽtib⁹. Visuȝ aũt refrãgi ad solẽ quõ posse .i. lumẽ solis refractũ ab illis stellis puenire: tũc ad visuȝ nr̃ȝ quõ posse. q. d. nullo mõ. Deide epilogat ⁊ pȝ: q̃re ⁊c̃.

Tractatus secũdi libri primi: in quo Aristo. determinat de galaxia fm opinionẽ proprã. Cap. VI.

Nos vo: resumpto qd̃ subiecim⁹ principio dicam⁹. Dcm̃. n. est prius: extremã aeris pticulã vim ignis hr̃e, vt aere motus opa discreto constitutio secernat᷑ eiusmodi qualẽ crinita itẽ sydera esse dicimus.

Nos aũt dicam⁹ resumẽtes principiuȝ nobis suppositũ. Dictũ. n. est pri⁹ q̈ extremũ dicti aeris potẽtiã hȝ ignis: ⁊ motu disgregato aere segreget᷑ talis consistẽtia q̃leȝ ⁊ cometas stellas eẽ dicim⁹.

Istud est 6m capl̃m hui⁹ tractat⁹ in quo Aristo. determinat de galaxia fm proprã opionẽ: ⁊ diuidit᷑ in duas partes. In p° pmittit vnũ suppositũ prius. In 2° psequit᷑. ibi 2° Tale itaqȝ. De p° pmittit q̈ superior regio aeris hȝ potẽtiã ignis: ⁊ motu exhalationẽ eleuatã ad eam hȝ accẽdere ⁊ ignire. vt dictũ fuit de cometis. Dicit ergo Nos aũt dicamus resumentes pmũ suppositũ nobis: dictũ est enim prius q̈ extremũ dicti aeris q2 superior regio eius hȝ potentiã ignis vt ipso aere disgregato motu segreget᷑ a terra talis consistentia exhalationis: ⁊ ad ipm mota accẽdat᷑ qualem .s. consistentiã dicimus esse cometã.

Operepreciũ aũt est itelligam⁹: tale q̈ppiã fieri qd̃ in illis cũ ipa talis secretio haudquaq̃ p se, sȝ sub aliqua stella aut celo adfixa aut errãte fuerit facta. Tuȝ eni eiusmodi comete cernunt᷑: propterea q̈ stellarũ lationẽ sequat᷑, pinde atqȝ solẽ talis secretio i q̃ p refractionẽ corona appere dicimus, vbi forte fortuna fuerit ita tẽper atus aer. Qd̃ aũt circa vnã stellã contingit: id circa totũ celũ, superamqȝ lationẽ vniuersam fieri accipiamus oportet.

Tale itaqȝ opȝ intelligere factum qd̃ qdẽ in illis: cũ nõ per seipã fuerit talis segregatio: sed ab aliquo astrorũ aut fixorũ: aut errãtiuȝ: tũc. n. hec videnẽ comete: q2 assequunẽ ipsorũ lationẽ: queadmodum soli talis concretio a qua propẽ refractionẽ halo apparere dicimus: cuȝ sic fuerit disposit⁹ aer. Qd̃ itaqȝ fm vnuȝ astrorũ accidit hoc opȝ accipere factuȝ circa totuȝ celũ: ⁊ superiorẽ lationem omnem.

Ponit qualiter ⁊ propter quã cãm sit circulus lacteus fm opionẽ proprã. Et diuidit᷑ in duas: q2 pmo facit hoc. scd̃o declarat: ibi Rõnabiliter eni. De p° dicit q̈ sicut cõtingit q̈ fit cometa propter exhalationẽ attractã ab aliq̃ stella sursuȝ motã ⁊ accẽsam que sequit᷑ motuȝ illius stelle: ita vt propter hoc videat᷑ comata: ⁊ sicut fit halo circa solem propter lumẽ ei⁹ refrangi ab aere inspissato: sic contingit a toto celo sursum attrahi exhalationẽ que illic ignat᷑: ⁊ faciat in celo apparere illã albedinẽ: siue lucididatẽ: que circulus lacteus nũcupatur. Dicit ergo Itaqȝ opȝ intelligere tale esse factũ qd̃ qdẽ fit in illis .s. cometis cuȝ talis segregatio exhalationis nõ fuerit ipsa per se: sed ab aliquo astrorũ: aut fixorũ: aut errantium: tunc eni astra videnẽ comata: q2 exhalationes accẽse assequunẽ ipsorũ lationẽ: queadmodũ etiã soli talis concretio aeris inspissati obijcit᷑ a qua dicimus appere halo circa ipm propter refractionẽ: cũ sic fuerit dispositus aer .s. per inspissationẽ q̈ refrangat radios solis. qd̃ itaqȝ accidit fm vnũ astrorũ in apparitione comete: siue halo opȝ accipere hoc esse factum circa totum celum ⁊ omnem superioreȝ lationem in apparitione galaxie.

Nã si vnius stelle motus succẽdere queat: nõ etiaȝ fuerit absurdũ cunctarũ lationẽ tale qd̃ cõmittere ac ignẽ excitare, presertim in qua celi parte densissime ⁊ plurime, ⁊ maxime sunt stelle.

Rationabile. n. siquideȝ vnius astri mot⁹: ⁊ euȝ qui oiuȝ facere tale aliqd ⁊ arripere: ⁊ cũ his adhuc fm qdẽ locuȝ creberrima ⁊ plurima ⁊ maxima existunt entia astrorũ.

Declarat dicta sua pmo per rõneȝ. Scd̃o per signũ. 2° ibi Signũ aũt. Prima adhuc in duas: q2 pmo ponit rõnẽ. 2° remouet dubiũ. ibi Qd̃ qdẽ. Dicit de p° q̈ si vnũ astrum sufficit per suũ motuȝ attrahere exhalationẽ ⁊ ignire vt videat᷑ comã habere: a fortiori celũ sufficiet hoc facere: ⁊ maxime fm illã partẽ vbi sunt plurima ⁊ creberrima ⁊ maxima astrorũ: vt est vbi appet circulus lacteus. Vñ dicit Rationabile eni siquidẽ motus vnius astri hoc facit rõnabile est accipere: ⁊ cũ motuȝ qui est oluum astrorũ facere aliquid tale: ⁊ cũ his adhuc fm hũc qdeȝ locũ vbi entia creberrima existũt ⁊ plurima ⁊ maxima astrorũ.

¶ Igit̃ signifer: ob solis ⁊ erronũ lationẽ huiusmodi ↄstitutionẽ tenuat ac dissoluit. Proinde: plerĩq̧ comete extra tropicos fiũt. Preterea: neq̧ circa solem/ neq̧ circa lunã coma fieri solet. Nã ocyus eiusmodi ↄcretionẽ discernũt: q̃z vt ↄsistere queat. Ipẽ aũt circulus in q̃ lac/spectãtib⁹ apparet: ⁊ maxim⁹ ẽ, ⁊ ita sit⁹ vt positu tropicos haud parũ excedat. Adhec: locus ipẽ maximis splẽdidissimisq̧ stellis ⁊ insup hisce quas sparsas nuncupant, oppletus est (qḋ ⁊ oculis cernere licet) adeo vt his de causis assidue ac semper tota hec coacerucut concretio.

¶ Qḋ qdẽ igit̃ aialiũ pp solis lationẽ ⁊ planetaꝝ dissoluit talẽ ↄsistẽtiã. Propt̃ qḋ qdẽ mlti cometarũ ex̃ tropicos fiũt. Adhuc aũt neq̧ circa solẽ: neq̧ circa lunã fit cometa: citius.n. disgregat̃ q̃z vt ↄstet talis ↄcretio. Iste aũt circulus in quo lac apparet aspiciẽtib⁹ ⁊ maximus est existẽs ⁊ posit⁹ situ sic vt multũ tropicos excedat. Adhuc aũt loc⁹ plenus est astris lucidis ⁊ fulgidissimis adhuc sporadicis vocatis: hoc aũt est ⁊ oculis videẽ mãifestũ: vt ⁊ pp h̃ ↄtinue ⁊ semp hec ois aggreget̃ ↄcretio.

¶ Remouet dubiũ: nã posset aliqs dubitare: q̃re talis albedo nõ apparet in zodiaco sole: aut luna: cũ talia per suũ motũ possint exhalationẽ multã attrahere ⁊ inflãmare. ¶ Respõdet dicẽdo q̧ ppter motũ planetarũ sub zodiaco dissoluit̃ exhalatio: ⁊ ppterea raro fiunt comete intra tropicos: ⁊ similr̃ est de sole ⁊ luna: quoꝝ magis est exhalationẽ disgregare q̃z sinere eã ↄstare vt oporteret: vt talis albedo illic appareret: circulus aũt lacteus est satis remot⁹ a tropicis ⁊ in eo sunt multa maxima: ⁊ fulgidissima astra sparsim posita que multã exhalationẽ possunt attrahere absq̧ hoc q̧ eã ↄsumãt: ⁊ per suũ motũ ignianẽ que illic talẽ albedinẽ seu claritatẽ facit apparere. Dicit ḡ [Quidẽ igit̃ locus] qui est [aialiũ] .i. signoꝝ: q: zodiacus [ppter lationẽ solis] ⁊ alioꝝ [planetarũ dissoluit talẽ ↄsistentiã] .i. exhalationẽ [propter qḋ qdẽ multi cometarũ fiunt extra tropicos. Adhuc autem neq̧ circa solẽ: neq̧ circa lunã fit cometa] q: sol ⁊ luna [citius disgregãt] talẽ ↄsistẽtiã [q̃z] sinant [vt ↄstet talis cõcretio. Iste aũt circulus in quo apparet lac aspicientibus: ⁊ maximis est existẽs: ⁊] sic [positus situ vt multum excedat tropicos. Adhuc aũt locus] illi⁹ circuli [est plenus maximis astris fulgidissimis: ⁊ adhuc vocatis sporadicis] .i. sparsim positis [hoc aũt est videre manifestũ oculis: vt ppter hoc ↄtinue: ⁊ semp ois cõcretio exhalationis aggreget̃ hoc] .i. ad hunc locum moueat̃ ⁊ igniat̃. ¶ Intelligendũ q̧ talis albedo apparet in zodiaco in duobus locis in quibus intersecat̃ a galaxia: sed hoc non est merito sui: sed merito galaxie. Et talis intersecatio est in geminis: ⁊ sagittario.

¶ Cuius rei signũ est. Nã in huius circuli parte altera que cãdorẽ duplicato maiorẽ prefert: maius lumẽ est. in hac eni maiores densioresq̧ stelle sunt q̃z in altera: quasi nõ alia vlla de cã iubar, q̃z ob stellarũ lationẽ fiat. Nam si hoc in circulo fiat in quo plurime sunt stelle: ⁊ huius ipsi⁹ circuli magis in ea parte que multis ac magnis stellis diffracta appareat: hanc esse causam affectionis familiarissimã existimare par est. Sed tum circulum, tum stellas que in eo sunt: ex descriptione contemplemur.

¶ Signũ aũt ipsi⁹: eteni circuli ampli⁹ lumen est in altero semicirculo habẽre duplatũ. In hoc eni plura ⁊ crebriora sunt astra q̃z in altero: tanq̃z nõ pp alterã aliquã cãm facta claritate q̃z pp astroꝝ lationẽ. Si.n. ⁊ in hoc circulo fit in quo plurima ponunẽ astrorum: ⁊ ipsius circuli in quo videnẽ magis spissa esse ⁊ magnitudine ⁊ multitudine astrorũ: hanc verisimile existimare ↄuenientissimam esse cãm passionis. Cõsideraẽ aũt ⁊ circulus ⁊ que in ipso astra ex subscriptione.

¶ Declarat signũ. ⁊ diuidit̃ in q̃tuor. p̃ eni facit hoc. 2° ostẽdit q̃re astra circuli lactei dicta sunt sporadica. 3° cõcludit cãm ⁊ modũ gnõnis circuli lactei. ⁊ 4° epilogat determinata in h̃ tractatu. 2° ibi [Sporadica aũt.] 3° ibi [Quare aũt.] 4° ibi [De factis qdẽ.] De p̃° dicit q̧ signũ illius qḋ dictũ est videẽ esse: q: ille circulus lacteus est geminat⁹: ⁊ s̃m magnã partẽ diuisus in duos circulos: quoꝝ alter est grossior ⁊ plus habens de albedine: siue luciditate q̃z hẽat alter: ⁊ hui⁹ nõ est alia cã: nisi q: in illo circulo sunt plura astra ⁊ magis spissa a qb⁹ fit eleuatio maioris quãtitatis exhalatiõis que accẽsa in illo repñsentat albedinẽ maiorẽ: ⁊ q̧ ita sit sciri põt ex descriptiõe astroꝝ celi facta ab astrologis. Unde dicit. [Signũ aũt] .i. illius qḋ dictũ est [eteni ipsius circuli] lactei [amplius] lumẽ est in altero semicirculo habẽre lumẽ duplatum. In hoc eni plura ⁊ crebriora sunt astra q̃z in altero tanq̃z nõ ppter alterã aliq̃z cãm facta claritate] ipsi⁹ [q̃z ppter astroꝝ lationẽ] attrahẽtiũ sursum exhalationẽ. [Si eni in h̃ circulo] sic [fit in quo plurima ponunẽ astroꝝ] vt dictũ est [⁊ ipsi⁹ circuli in q̃] astra [videnẽ eẽ magis spissa: ⁊ magnitudine ⁊ multitudine astroꝝ] tunc [verisile] est [existimare hãc] eẽ [potissimã cãm illi⁹ passiõis. Cõsideraẽ aũt circulus ⁊ astra q̃ sunt in ipo ex subscriptiõe] ab astrologis dicta.

¶ Quas aũt sparsas vocitãt: nõ licet i pilã ad hũc itrudere modũ q̧ nullã vlla vnq̃z hẽat põnẽ que oculo notari possit. id qḋ: i celũ aspectãtib⁹ dilucidũ ẽ. i h̃.n. circlo solo: q̃ iter latera iacẽt stellis plena sũt eiusmodi. i alijs vo circulis: stellis/vt pz/huiusmodi vacãt.

¶ Sporadica aũt vocata si qdẽ in spherã non erit ordinare: q: nullã per finẽ hz vnũquodq̧ positionẽ manifestam. Ad celũ aũt respiciẽtibus est palam. In solo enim hoc circulorũ intermedia plena astris talib⁹ sunt: in alijs autem deficiunt manifeste.

¶ Ostẽdit q̃re astra circuli lactei dicta sunt sporadica: ⁊ vult ea sic nominari: ex eo q̧ sunt sparsa ⁊ velut seminata. i. sparsim ppinque ⁊ iordinate posita: ita vt nõ hẽant in celo determinatã positionẽ: ⁊ talẽ q̧ ex ipsis ↄstitui possit aliqḋ signũ determinate figure: vt arietis vel tauri: sic sit de stellis octaue sphere: ⁊ h̃ oculis est videre: aspiciẽdo eni ad celũ apparet manifeste q̧ in hoc solo circulo intermedia stellarũ magnarũ sunt plena astris paruis inordinate positis. Ideo dicit [Sporadica aũt vocata] sunt illa astra: q: [sic quidẽ non erit ordinare] ea [in spherã: q: vnũquodq̧ eoꝝ nullã habet manifestam positionẽ per finem] .i. perfecte [⁊ hoc est palam] nobis [respicientibus ad celum. In solo enim hoc circulorum intermedia stellarum magnarum sunt plena talibus astris] paruis sporadicis dictis [in alijs autem] circulis [deficiunt manifeste.]

¶ Quare si cām cur comete appareant/quasi mediocriter dictā recipiamus:τ de lacteo cādore haud alr hēre sentiēdū est. Que eni ibi affectio circa vnā stellā existit: hūc eādē circa circulū quēpiā effici contingit. Estq̄ʒ lac ipm (vt ita dixerim) veluti definituʒ: facta per secretionē maximi circuli coma. Et pinde (vt iā dictū est) nō multi, neqʒ sepe fiūt comete: q̄ talis constitutio in hūc semp locū τ ɔtinue excreta sit τ per singulas excernatur circuitiones.

¶ Quare autē si qdē τ de apparēdo cometas acceptamus cām tanq̄ʒ dictaʒ mediocriter: τ de lacte eodē mō existimādūʒ hēre. qd̄ eni ibi circa vnuʒ passio: hoc circa circuluʒ quemdā accidit fieri eādē. Et est lac: vt est dicere velut diffinituʒ maximi circuli ꝓpter segregationeʒ coma: ꝓpter qd̄ quēadmoduʒ pri⁹ diximᵘ: nō multi: neqʒ sepe fiunt comete: q̄ ɔtinue segregata est τ segregat̄ ſm vnāquāqʒ periodum in hunc locum semp talis cōsistentia.

¶ Cōcludit cām τ modum gnōnis circuli lactei ꝑus positos dicēs: q̄ si cā τ modus gnōnis comete ab aliquo astro sunt acceptāda tanq̄ʒ rōnabilr τ mediocriter dicta: silr cā τ modus gnōnis circuli lactei debēt acceptari: q̄ sicut ibi coma est passio circa vnū astrū: sic hic lac est passio circa vnū circulū. Et tūc ponit descriptionē lactis dicēs. q̄ est coma maximi circuli ꝑꝑ segregationē. Ex quo īfert q̄ nō multi: neqʒ sepe fiunt comete: q̄ exhalatio que eleuat̄: vt plurimū trāsit in gnōnē lactis. Vñ dicit [Quare aūt si qdē acceptamᵘ cām de apparēdo cometas tāq̄ʒ dictā mediocriter eodē mō existimādū hēre: de lacte. n. que ibi] coma [ē passio circa vnū] astrū: ita hic [accidit eādē fieri] .s. comā [circa quēdaʒ circulū: τ est lac vt est dicē velut diffinitū] ꝟ mō .s. [coma maximi circuli ꝑꝑ segregationē] .i. exhalationē segregatā a terra τ sursuʒ motā atqʒ accēsaʒ [ꝑꝑ qd̄ quēadmodū ꝑus diximᵘ: nō multi neqʒ sepe fiūt comete: q̄ ɔtīue segregata ē τ segregat̄ ſʒ vnāquāqʒ piodū] .i. circulationē [talis ɔsistēcia exhalatiōis in hūc locū] .s. suppositū circulo lacteo: q̄re τc̄.

¶ De hisce igit̄ que in mūdo terre circūfuso qui supernis adheret lationibᵘ fieri solēt, de stellarū discursu, flāma ardente, τ insup de crinitis syderibᵘ ac vocato lacte: dictū est. tot enim fere sunt affectiones: que circa huncce locum apparent.

¶ De factis qdē igit̄ in eo qui circa terrā mundo ɔtinuo lationib⁹ dictum est: de discursu quidem astroꝝ τ ignita flāma: adhuc autē de cometis τ vocato lacte: fere eniʒ sunt tot passiones apparentes: circa locum hunc.

¶ Epilogat circa totū tractatum τ pʒ. ¶ Circa istud caplm intelligēdū ē q̄ opio Ari. de galaxia qn̄ di. q̄ est coma maximi circuli ꝑꝑ exhalationē sursuʒ attractā pōt itelligi dupliciter. Uno mō q̄ illa exhalatio īflāmet̄ τ merito huiᵘ appareat ibi talis albedo: τ hoc vi voluisse cū galaxiā declarat ꝑ silitudinē ad stellā comataʒ: τ sic lrā exposita fuit. Alio mō pōt itelligi q̄ ab illa exhalatōe sursuʒ attracta fiat refractio luminis stellaꝝ illi⁹ circuli: τ q̄ rōne hui⁹ refractōis albedo illa ibi appeat: τ ꝟ vi Ari. voluisse dū adducit silitudinē de halo apparēte circa solē: sʒ tn̄ q̄cūqʒ mō intelligat̄ opio est falsa: τ in ꝟ Ari. nō tenet̄. ¶ Nā ꝑ notū est q̄ nō semp eq̄lr aēt de tali exhalatiōe: sʒ dn̄antibᵘ stellis calīs τ siccis multū augmētaret̄: dn̄antibᵘ aūt fridis τ hūidis ei⁹ gnō īpediret̄: aut notabilr minoraret̄: ꝑꝑ qd̄ nō sp fieret galaxia eq̄lis q̄titatis τ ɔsilis figuratiōis: cui⁹ oppoᵐ apparētia inotescit: cū semp silr τ eodē mō se hēat. ¶ Preterea data opione Ari. nō appareret galaxia oībus hoīb⁹ esse apud eadē astra τ in eadē pte celi: qd̄ tn̄ est falsuʒ: τ pbat̄ ɔsīlia accipiēdo simile de luna τ sole: nā q̄ luna est minor sole τ īferior: iō qn̄ eclipsat solē homini vnius regionis: nō opʒ q̄ pro tūc eclipset solē homini alterius regionis: ꝑꝑ qd̄ vni homini videbit̄ in vna pte celi: τ alteri in alia: sic q̄ apud diuersos hoīes diuerse ptes octaue sphere videbunt̄ lune corridere: vt pʒ ꝑtractis lineis rectis ab oculis illoꝝ hominū per centrū lune in ɔtinuū τ directū: ita in ꝑposito: q̄ exhalatio est multo inferior circulo lacteo τ minor: iō albedo per eā rep̄sentata non videbit̄ hoīb⁹ diuersarū regionū eideʒ parti octaue sphere corridere: sʒ alteri τ alteri: τ sic a diuersis hoībus indicabit̄ circulus ille esse in diuersis partib⁹ celi τ apud astra diuersa: q̄re relinquit̄ q̄ opio illa nō sit vera. ¶ Intelligēdū ſm Alber. q̄ galaxia est circulus octaue sphere: τ est duplex circulus: τ vn⁹ est q̄si itra aliū: τ ille q est itra cōtinuus videt̄: τ icipiēs a pedib⁹ geminoꝝ per p̄nᵐ sagittarij regyrat in geminos: τ alter est supra illū nō vbiqʒ ɔiunct⁹ ei: sʒ in aliqb⁹ partib⁹ est ei ɔiunct⁹: τ in aliqb⁹ est distinct⁹ ab eo: τ hic exterior circulus nō est oīno ɔtinu⁹: sʒ in multis locis est interiectus. ¶ Et si querat̄ q̄re magis appet ille circulus albus in illa pte octaue sphere q̄ʒ in alia. ¶ Dōm q̄ cā est: q̄ ibi sūt multe stelle pue q̄si ɔtinue in qb⁹ diffundit̄ lumē solis: sūt ēt eis itermixte q̄dā stelle magne que visu distincte cōprehēduntur. Iste ḡ stelle suscipiūt splēdorē a sole: τ lumē ēt ipaꝝ in se diffundit̄: τ ab vna ad alterā diffusuʒ ɔtinuat̄: τ iō videt̄ circulus albescēs q̄si fum⁹. ¶ Uñ si querat̄ de cā effectiua ei⁹. R̄ndet̄ q̄ sunt multe stelle pue que hñt aliq̄s magnas itermixtas in illa pte orbis que diffundūt lumē suū per spatiū illoꝝ: τ lumē solis icidēs illis stellis q̄si ɔtigu⁹. ¶ Si aūt querat̄ de cā mālī di. q̄ est illa ps orbis que est spissior aliis partib⁹ orbis: τ iō retinet τ rep̄sentat lumē solis τ illarū stellarū: τ terminat visuʒ eodē mō quo faciūt stelle: τ q̄ talia nō reperiunt̄ in alia pte octaue sphere: iō alibi non appet talis albedo. Et q̄ ps spissior terminet visuʒ: τ lucida appareat τ nō rarior, declarari pōt de luna: cui⁹ ptes rariores nigre apparent spissiores lucide: iō vi maculā quādā hēre vt asserit Cōmētator in libro de celo. Qꝫ autem galaxia sit in octaua sphera appet: q̄ mouet̄ motu octaue sphere scilicet in centum annis vno gradu: vt in astrologia ꝓbatū est. Et hec videtur vera opinio de galaxia τ tenenda.

¶ Tractatus terti⁹ libri p̄mi: in quo determinat̄ de pluuia: rore: pruina: τ niue. Cap. I.

De loco vō ab isto positione secundo, a terra vō primo (hic enim promiscuus aque τ aeris loc⁹ existit) τ hisce que in superiore eius parte cōtingunt: agendū est.

De loco aūt pōne scōo post hūc: primo aūt circa terrā: dicam⁹. Iste. n. locus cōis est aque τ aeri: τ accidētiū circa eā q̄ sursuʒ gnōnē ipsi⁹: sumendū aūt est: τ hoꝝ pricipia τ cās oīuʒ similr.

Iste est tertius tractatus huius libri: in quo Ari. determinat de ipressionib⁹ aqueis apparētib⁹ in aere: τ ptinet duo capl'a. In quoꝝ p̄mo determinat de pluuia: rore: pruina: τ niue. In scōo autēʒ determinat de grandine. 2ᵐ caplm incipit ibi [Grando aūt.] ¶ Primū caplm diuidit̄ in duas partes. In p̄ p̄mittit intentū. In 2ᵒ ꝓsequit̄ ibi. [Qd̄ qdē igit̄.] Dicit de p̄ esse determinādū de loco pōne.

Que sit vera cam̄ sa galaxie

Cō. 49.

Reprehendit Arist.

scdo descēdēdo ⁊ incipiēdo a superiori regione aeris: sȝ pri-mo supra terrā ⁊ aquā: ⁊ iste locus est aggregatus ex media ⁊ inferiori regione aeris qui est ɔtinuus aeri alterato ad na-turā aque: ⁊ aque alterate ad nām aeris: ⁊ de gñōne acciden-tiū circa ipsam aquā: quoꝝ volumus p̄mo dicere cās ⁊ p̄n-cipia. Unde dicit. Nos autē dicamus de loco scdo pōne ⁊ sitū post hūc .s. superiorē regionē aeris p̄mo aūt circa ter-ram. iste enī locus est cōmunis aque ⁊ aeri: ⁊ circa eā gñōnē accidentiū ipsius aque que sursum est: ⁊ determinando de his accidentib⁹ a nobis est sumendū dicere similiter p̄nci-pia: ⁊ causas omniū hoꝝ accidentiū.

Oportet autem: ⁊ horuȝ principia sumamus, ⁊ cau-sas omnium similiter. Principium igitur vt mouens precipuumqȝ ⁊ omnium primum: circulus ille est in quo manifeste solis latio que segregat congregatqȝ eo q terre ꝓpius remotiusue fiat generationis atqȝ corruptionis causa existit. Manente autē terra: hu-mor qui circa eam est, in vaporem a solis radijs ⁊ ab alio calore superno conuersus, in sublime tendit.

Qd quidem igit̄ vt mouens: ⁊ principale ⁊ primū principioꝝ circulus est in quo manife-ste solis latio disgregans: ⁊ cōgregans in fieri prope aut lōgius causa generationis ⁊ corru-ptionis est. Manēte autē terra qd circa ipsaȝ humidum a radijs ⁊ ab alia que desuper cali-ditate vaporans fertur sursum.

Prosequit̄ ⁊ diuidit̄ in duas: q2 p̄mo ponit cās istarū ip̄re-missionū aquearū: scdo manifestat in gñali modum gñōnis earū ex illis causis. ibi 2ª Caliditate aūt. De prima ponit cās istarū ip̄ressionū: ⁊ p̄mo efficientē: dicēs q cā earū p̄ma ⁊ p̄ncipalis effectiua corporea est sol: ⁊ alie stelle que p suuȝ motū factū sub ȝodiaco approp̄inquātes istis iferiorib⁹ va-porē aqueū sursuȝ eleuāt: ⁊ elōgate ab istis iferioribus va-porē eleuatū infrigidāt ⁊ ispissant. Unde latio solis in obli-quo circulo est cā gñōnis ⁊ corruptionis oīum taliū accidē-tiū. Deinde assignat earū cām mālē dicēs cā eē humidū aqueū euaporās sursuȝ a caliditate in eo gñata radijs solis ⁊ motu corpoꝝ supercelestiū. Dicit ḡ. Qd quidē igit̄ causa que est vt mouēs p̄ncipale ⁊ de numero p̄moꝝ p̄ncipioꝝ corporeoꝝ est circulus .s. ȝodiacus in quo manifeste fit la-tio siue motus solis qui disgregās humidū aqueū in fieri ꝓpe: ⁊ ɔgregās siue inspissans ip̄m in fieri longius est cā gñōnis ⁊ corruptiōis. manēte aūt terra in medio mūdi hu-midū aqueū qd est circa ipsaȝ euaporās a radijs solis: ⁊ ab alia caliditate que desup fert̄ sursuȝ ⁊ hec est cā mālis im-pressionū aquearū. Intelligēdū q quū dicit Arist. q re-motio solis est cā infrigidationis ⁊ ispissationis vaporis: nō vult q sit cā per se: q2 talis est fridiitas loci: vt infra appare-bit: sed est cā per accidēs: ⁊ sicut remouēs ꝓhibēs: per talē enī remotionē remouent̄ cāe calefactiue: que si essent ꝓpin-que vapoꝝ infrigidationē ⁊ inspissationē ꝓhiberēt.

Calore vō cuius opera surrigebatur vaporem de-ferente atqȝ altero in superum locum disperso, alte-ro etiam extincto q longius in aerem qui super ter-ram est euehatur: vapor frigore contracto, ob calo-ris destitutionem atqȝ loci naturam rursum consi-stit, ⁊ ex aere fit aqua: que postea q̄ȝ genita est: rursuȝ in terram defertur.

Caliditate autē que duxit sursum relinquē-te: ⁊ hac quidem directa ad superiorē locum: hac autem ⁊ extincta ꝓpter suspendi longius in aerem qui super terram: constat iterum va-por infrigidatus: ⁊ propter derelictionem ca-loris: ⁊ ꝓpter locum: ⁊ fit aqua ex aere: facta autem iterum fertur ad terram.

Manifestat in gñali modū gñōnis ip̄ressionū aqueaꝝ ex p̄dictis causis. Et diuidit̄ in q̄tuor. In p̄ª facit qd dictuȝ est. In 2ª exponit quedā vocabula qb⁹ vtēdū est. In 3ª ostēdit q in gñōne istarū ip̄ressionū est mot⁹ circularis. In 4ª assi-gnat differētias istaꝝ ip̄ressionū. ibi 2ª Est aūt. ibi 3ª Fit aūt. ibi 4ª Eleuato autē. De p̄ª vult q caliditate va-poris sursum moti relinquēte ip̄m: tum ꝓpter exhalationes secū mixtas ascendere ad spherā ignis: tum q2 caliditas sua extinguit̄ a frigiditate medie regionis aeris ad quā vapo-res mouent̄: tūc infrigidat̄ vapor ⁊ inspissat̄ ac in aquā cō-uertit̄ ⁊ cadit deorsum ad terrā. Unde dicit. Caliditate aūt que duxit sursum vaporē relinquēte ip̄m ⁊ hac equidē ca-liditate .s. exhalatiōis mixte vapori directa siue mota ad superiorē locū. hac aūt .s. caliditate ꝓpria ipsius extincta ꝓpter ip̄m vaporē lōgius suspēdi in aerē qui sup terrā .i. ascēdere ad mediā regionē aeris que est frigida vapor in-fridat⁹ iterū ɔstat .i. ispissat̄ ⁊ pp derelictionē caloris: ⁊ pp locū .s. fridū ⁊ fit aq̄ ex aere .i. vapore hūte dispōnes aeris iterū facta fert̄ ad terrā. Intelligēdum q lȝ exhalatio eleuet̄ a terra ⁊ vapor ab aq̄: tñ iste due substantie vt plurimū simul eleuant̄: sic q cū vaporib⁹ admiscent̄ exhalatio-nes: ⁊ cū exhalationib⁹ vapores. Et si querat̄ vtꝝ vapor sit subalr aq̄: ⁊ vtꝝ exhalatio sit subalr terra: qdā volūt q sic: ⁊ alij dicūt q sunt mixta iperfecta adinicē: ⁊ ab illis ele-mētis a qb⁹ eleuant̄ specie distincta: ⁊ h̄ vȝ magis tenēdū.

Vapor et exhalatio, sūt mixta iperfecta.

Est autem halitus qui ex aqua ortū habet: vapor. Qui vō ex aere in aquaȝ mutari solet: nubes. Nebu-la autem: nubis in aquam cōcrete superfluitas. Pro-inde: serenos dies potius q̄ȝ pluuios portēdit. quippe que: veluti nubes iscecūda ⁊ semie exhausta existat.

Est aūt que quidē ex aqua exhalatio vapor: que aūt ex aere in aquā: nubes. Caligo aūt ne-bule decidētia eius que in aquā: cōcretionis. Propter qd signum magis est serenitatis q̄ȝ aquarū: est enī caligo velut nebula sterilis.

Vapō: nu-bes: cali-go qd sint

Exponit quedā vocabula qbus vtēdū est in sequētib⁹. cu-iusmodi sūt vapor: nubes: ⁊ caligo: siue nebula: ⁊ vult q va-por est aq̄ alterata ad dispōnes aeris ideo Aristo. ip̄m aerē appellat. Nubes est vapor alterat⁹ ad dispōnes aque. Cali-go aūt siue nebula est illud qd remanet ex nube post ɔuer-sionē eius in aquā: qd est ineptū vt in aquā cōuertat̄: pp qd est magis signum serenitatis future q̄ȝ pluuie. Unde caligo est nebula sterilis. dicit ergo. At qdem exhalatio que est ex aqua est vapor: sed nubes est que ex aere in aquaȝ .i. vapor alteratus ad aquā caligo aūt est decidētia nebule ei⁹ ɔcre-tionis que in aquā: ꝓpter qd est magis signuȝ serenitatis q̄ȝ aquarū. Est enī calido velut nebula sterilis. Hic dubita-tur vtrū caligo fiat ex partib⁹ nubis subtilioribus an ex gros-sioribꝰ. Et arguit̄ q fiat ex partib⁹ grossioribus dupliciter. Primo q2 caligo est magis infra q̄ȝ nubes: ergo est ex par-tib⁹ grauiorib⁹: ⁊ per ɔñs grossioribus. Scdo q2 partes subtiliores nubis sunt magis passibiles: ergo ab eodē agēte ci-tius īfrigidant̄: ⁊ in aquā ɔuertunt̄ ⁊c. Deinde arguit̄ q caligo sit ex partibus nubis subtiliorib⁹. p̄mo q2 ex modica actione solis in pauco tēpore dissoluit̄ ⁊ in aerē ɔuertit̄: ⁊ h̄ nō fieret si esset ex partib⁹ grossioribus. Scdo q2 partes

Dubitatio ex qb⁹ ptib⁹ nubis fiat caligo

subtiliores nubis sūt de nā aeris: ⁊ sic caliditas est in eis: vt in suo nāli subto. grossiores aūt sunt de nā aque in quib⁹ est caliditas: vt in suo ināli subto: modo citius abijciť q̄litas ab ināli subto q̄ a subto nāli: ⁊ per ꝯñs citius abijciť caliditas a partib⁹ grossiorib⁹ q̄ subtiliorib⁹: ⁊ ideo ptes grossiores sunt ille que citius infridanť ⁊ in aquā ꝯuertunť: erit g̃ caligo ex partib⁹ nubis subtiliorib⁹: ⁊ huic parti adheret Albertus ꝓpter duas vltimas rōnes. ¶ Et ad p̄ᵐ rōnē ad oppositū factā respōdet dicens ꝙ si caligo est magis infra q̄ nubes: hoc est per accidēs rōne frigiditatis noctis supuenientis: nebulā siue caliginē gḡantis ad descēsum. ¶ Ad zᵐ diceret ꝙ si cēnt cetera paria citius frigefierēt partes subtiliores: sed tñ oppositū fit ꝓpter disparitatē: q: caliditas est eis nālis: ⁊ est p̄ternālis partib⁹ grossiorib⁹: ⁊ iō tardius abijciť a partib⁹ subtiliorib⁹. ¶ Alij tñ tenēt aliā viā dicētes caliginē fieri ex partib⁹ nubis grossiorib⁹ ⁊ magis terrestribus ⁊ ineptis ꝯuersioni in aquā: ⁊ ꝓpterea diciť esse signū serenitatis future: ⁊ h̄ itelligi dʒ solū de caligine derelicta ex nube: q: caligo nubē p̄cedens: ⁊ que est in via ad ꝯuersionē in aquā est magis signū pluuiarū. ¶ Et tenēdo hāc viā rideret ad rōnes Alberti. Ad p̄ᵐ dicēdo ꝙ cito a sole dissoluiť ꝓpter paucitatē suā: ⁊ nō ꝓpter suā subtilitatē grossis nubibus. Ad zᵐ cū diciť inest caliditas: vt in p̄ternāli subto quū oēs sint subaliter aqua. respōdeť ꝙ q: magis passibiles sūt partes subtiles: ideo ab eis citius abijciť caliditas ab eodē agēte ⁊ inducit fridītas per quā inspissanť: ⁊ ꝯuerterunť in aquā: ⁊ sic vltimo remanēt partes grossiores ex qb⁹ fit nebula seu caligo. Elige viā que tibi plus placet.

¶ Circulus aūt iste: solis circulū imitať. simul eni ille ad latera: ⁊ iste sursum ⁊ deorsum moueť. Atqʒ cōsiderasse opʒ hūc veluti fluuiū aeris ⁊ aque ꝯmiscuū: in orbem sursum ac deorsum fluere. Nam cū sol ꝓpe terrā ferť: vaporis fluuius in sublime effluit. cum vo se dimouit: aque fluuius in terrā defluit: qḋ citra vllā intercapedinē haud absqʒ ordine fieri solet. Quare si priores Occeani nomine inuolucri causa vtebanť: hunc fortassis fluuiū dixerint q circa terrā fluit.

¶ Fit aūt circulus iste imitans solis circulum: simul eni ille ad plagas ꝑmutatur ⁊ iste ad sursum ⁊ deorsum. Opʒ aūt itelligere hūc velut fluuiū fluentē circulū sursuʒ ⁊ deorsuʒ cōem aeris ⁊ aque: prope q̄dē enim existēte sole vaporis sursum fluit fluuius: elongato aūt aque deorsum: ⁊ hoc idesinēs vult fieri ſm ordinē: q̄re siq̄dē enigmatizabāt occeanū priōes forte vtiqʒ hūc fluuiū circlariter fluētē circa terrā.

¶ Ostendit in istis aqueis ip̄ssionib⁹ esse generationē circularē que sequiť motū circularē solis in obliquo circulo. nā per accessum solis ad septētrionē elemēta iferiora ꝯuertunť in superiora ⁊ ascendūt vt aq̄ in vaporē seu aerē ⁊ moueť sursum: per recessum aūt solis: vt dum moueť ad meridiē elemēta superiora ꝯuertunť in inferiora ⁊ descendūt: vt aer sursum existēs seu vapor inspissatus a fridītate in aquā ꝯuertiť ⁊ moueť deorsum: ⁊ sic fit ꝯtinue ſm circulū. Unde debemus imaginari ꝙ fit sicut quidā fluuius ꝯtinue fluens deorsum in sursuʒ ⁊ ecōuerso: per duas inferiores regiones aeris: que sunt locus cōmunis aeris ⁊ aque ſm modū superius expositū: ⁊ forte h̄ itellexerūt antiq quū dixerūt occeanū ꝯtinue fluere circulariter circa terrā. Dicit igiť. [Fit aūt circulus iste.] gn̄ōnis vaporis ex aq̄ ⁊ aque ex vapore [imitans solis circulū] .i. circularē motū [eni simul ille] sol [permutať ad plagas mūdi] que sunt q̄tuor: oriens: occidēs: meridies: ⁊ septētrio [⁊ iste] .s. circulus gn̄ōnis vaporis ex aq̄: ⁊ aque ex vapore permutať [sursum ⁊ deorsum. Opʒ aūt intelligere hūc circulū velut fluuiū fluentē sursum ⁊ deorsuʒ cōmunē aeris ⁊ aque] quum ex aere vel vapore fiat aqua ⁊ ecōuerso [Quidē eni ꝓpe existēte sole fluit sursum fluuius vaporis] ipso [aūt elōgato fluuius aque fluit deorsuʒ: ⁊ hoc vult fieri indesinens ſm ordinē] .s. prioris ⁊ posterioris: q: p̄us fluit vapor ⁊ postea aqua: ⁊ sic successiue: quare siquidē priores antiqui enigmatizabant occeanū] .i. figuratiue loquebanť de occeano [forte eni hunc fluuiū] de quo statim dictum est: dicebant esse [circulariter fluentē circa terram] quū supple dicebant occeanum sic fluere.

¶ Humore aūt semper in altū vi caloris scandente ⁊ rursus deorsum ad terrā ob refrigerationē ruēte cōtingentibus affectibus ⁊ eoꝝ q̄busdā differentijs: ꝓprie nomina posita sunt. Nam cum minutatim descēdit stille: cum per partes maiusculas pluuia nuncupari solet.

¶ Eleuato aūt humido sup ꝓpter calidi virtutem: ⁊ iterū lato deorsum ꝓpter ifrigidationē ad terrā ꝓprie nomina passionib⁹ iponunť ex q̄busdā differentijs ipsarū: cū quedā enim ſm modica feratur persecades: quādo aūt ſm maiores partes pluuia vocať.

¶ Assignat diias h̄ ip̄ssionū aqueaꝝ ostēdēdo modū gn̄ōnis eaꝝ magis in sp̄ali: ⁊ diuidiť in tres ptes. In quarum p̄ᵃ ponit modū gn̄ōnis pluuie ⁊ diuersitatē pluuiaꝝ. In zᵃ idē facit de rore ⁊ pruina. In 3ᵃ ibi determinat de pluuia ⁊ niue cōparādo pluuiā ad rorē ⁊ niuē ad pruinam. ibi zᵃ [Ex eo aūt.] ibi 3ᵃ [Ipsa aūt aqua.] ¶ De prima dicit ꝙ qñ vapor aqueus est sursum eleuat⁹ a calido: deide est a frigido ispissatus ⁊ in aquā ꝯuersus: deorsuʒ cadit ad terrā: ⁊ si cadat ſʒ minutas guttas diciť persecades: si aūt ſm magnas dicitur pluuia. Unde dicit [Eleuato aūt humido sup] mediā aeris regionē [ꝓpter virtutē calidi] sursum ducētis [⁊ eo iterū lato deorsum ad terrā ꝓpter infridationē: passionib⁹] gn̄atis [ꝓprie iponunť nomina ex q̄busdā differētijs ipsarū. Quū q̄dē eni] aqua [feratur] deorsum [per modica] .i. per guttas paruas vocať [persecades: qñ aūt ſm maiores ptes vocať pluuia.] ¶ Intelligendū ꝙ cā quare aqua pluuie est aliqñ magnarū guttarū: est: q: nubes ex qua fit est multe caliditatis: ⁊ ex calore vndiqʒ introitū p̄bet friditati vt penetret ⁊ magnas partes nubis simul cōstringat ⁊ in aquā cōuertat: quū autem nubes fuerit pauce caliditatis non potest frigus sic penetrare in ꝓfunduʒ: ideo tunc paruas partes comprimit ⁊ inspissat: ⁊ sic gutte parue descendunt.

Que cā diuersitatis in pluuiā magnarū guttarū ⁊ paruarū.

¶ Ex eo aūt qḋ iterdiu euaporat quātūcūqʒ attolli in sublime nequerit ob caloris ip̄m eleuātis ad vaporē q surrigiť paruitatē: cū rursum descendit ꝯcepto per noctē frigore: ros ⁊ pruina vocitať.

¶ Ex eo aūt qḋ de die euaporat q̄ntuʒ si nō suspēsuʒ fuerit ꝑꝑ paucitatē sursuʒ ducētis ip̄m ignis ad eā que eleuať aquā iterū deorsuʒ latū cū ifridatū fuerit nocte vocať ros ⁊ pruina.

¶ Ponit moduʒ gn̄ōnis roris ⁊ pruine: ⁊ diuidiť in duas: q: p̄mo in gn̄ali. scḋo in sp̄ali. ibi [Pruina q̄dē.] Dicit de p̄ma: ꝙ si vapor qui de die eleuať superius nō eleueť lōge a terra ꝑꝑ debilitatē calidi eleuātis ip̄ʒ quū recedēte sole a noctis friditate ifrideť ⁊ igrossat⁹ moueat deorsuʒ ē ros vł pruina. Unū dič ꝙ [q̄ntū] ꝯtingit moueri sursuʒ [ex eo] humido [qḋ de

die euapórat]a terra ꝛ aqua[si nõ suspẽsũ fuerit]nimis al-
tero ascẽdẽdo sed parũ distãter a terra eleuet[ꝛ pp pauci-
tatem ignis ducẽtis ipsum sursum ad eã aquã que eleuat]il
lud humidũ[iterũ lapsũ deorsum quũ fuerit infrigidatũ no-
cte vocat ros ꝛ pruina]ꝛ ponit[ꝛ]pro vel.

¶ Pruina quidẽ:cũ vapor fuerit ante cõglaciatus q̃3
sursum in aquã cõcreuerit. Fit autem per hyemem:ꝛ
potissimũ frigidiorib⁹ in locis. Ros vo:cũ in aquam
vapor fuerit densatus ꝛ nec tepor tãtas vireis habue
rit vt qđ sublatũ sit assiccare:nec itidẽ frigus vt ipsũ3
vaporẽ gelare ꝓpter vel loci vel tẽporis naturã calẽ
tiorẽ:quieuerit. Ros eni:per tẽperiẽ magis inq3 tẽpe
ratioribus locis nasci solet pruina vti dictũ est:ꝯtra.
Cõstat eni:vaporẽ aqua eẽ calidiorẽ.qppe qui:sub-
leuantẽ adhuc ignẽ habeat. Quare pruine cõcretio:
ad frigiditatem pertinet maiusculam.

¶ Pruina quidẽ quãdo vapor congelat prius
q̃3 in aquã cõuertat iterũ:fit autẽ in hyeme ꝛ
magis in hyemalibus locis. Ros aũt cũ cõcre
tus fuerit in aquã vapor:ꝛ neq3 sic fuerit est⁹
vt exiccet sursum ductũ:neq3 sic frigus vt cõ-
gelet vapor ipse,ꝓpterea q aut tẽpus calidius
aut locus sit.fit enim magis ros in temperie ꝛ
in locis temperatis:pruina sicut dictum est cõ
trarie. Palam eni3 q vapor calidior aqua:h3
enim eleuantẽ adhuc ignem quare amplioris
frigiditatis ipsum coagulare.

¶ Ponit in spãli modũ gñationis roris ꝛ pruine:ex quo ap-
parebit diuersitas inter eos:ꝛ diuidit in quatuor:qꝛ pmo facit
hoc:scđo adducit duo accidẽtia cõmunia rori ꝛ pruine.ter-
tio declarat per signũ q ros ꝛ pruina nõ fiunt in locis mul-
tũ remotis a terra:quarto declarat q ros gñat tẽporibus ꝛ
locis tẽperatis.2⁹ ibi[Fiunt aũt.]3⁹ ibi[Signũ aũt.]4⁹ ibi
[Fit aũt.] De pma vult q qñ vapor eleuat⁹ nõ lõge a terra
prius ab excellenti frigido cõgelat q̃3 cõuertat in aquã:tũc
est pruina:sed quãdo vapor sursum ductus a tẽperato frigi
do fuerit inspissatus:sic q nõ fuerit tãtus calor q vapor dis
greget:nec tãtũ frig⁹ vt cõgelet tũc fit ros. ¶ Et ex his p3
differentia roris ꝛ pruine:qꝛ ros gñat in tẽpore ꝛ loco tẽpe-
ratis:pruina aũt in loco ꝛ tẽpore excessiue frigidis:qm prui-
na generat ex vapore calido:ꝛ vapor calidus maiori frido
indiget vt cõgelet:q̃3 aqua que talẽ caliditatẽ nõ h3. Unde
dicit[Pruina quidẽ]fit[quãdo vapor prius cõgelat q̃3 iterũ
ꝯuertat in aquã:fit aũt in hyeme ꝛ magis in locis hyemali-
bus]i.frigidis[ros aũt]fit[quum vapor fuerit cõcretus in
aquã:ꝛ neq3 sic fuerit estus vt ductus sursum exiccet:neq3
sic frigus vt ipse vapor ꝯgelet: ꝓpterea q loc⁹ est calidior]
aut supple frigidior q̃3 esse debeat[aut tps.]Fit aũt ros ma
gis in tẽperie tẽporis ꝛ in tẽperatis locis:pruina aũt contra-
rie:sicut dictũ est[p:lã eni q vapor calidior aqua].s.est[h3:
enim adhuc ignẽ eleuantẽ]i.caliditatẽ:ꝛ ex ꝯñti leuitatẽ3
aut ꝓpriã aut exhalationũ secũ mixtarũ[quare amplioris
frigiditatis est coagulare ipm].i.cõgelare q̃3 aquã:que talia
nõ h3. ¶ Intelligendũ q ros ꝛ pruina in mã cõueniunt:ge
nerant eni ambo ex vapore subtili ꝛ pauco a superficie ter
re:vel aque eleuato:sed differũt in agente:qꝛ ros generat a
frigido tẽperato inspissante vaporẽ:ꝛ in aquã cõuertente:ꝛ
a calido tẽperato eius coagulationẽ ipediẽte:sed pruina fit
a frigido excessiuo prius vaporẽ cõgelante q̃3 ipm in aquam
cõuertat. Et ꝓpterea nõ sic insensibiliter descendit pruina

Quib⁹ dif-
fert ros ꝛ
pruina.

sicut ros. ¶ Sed dubitat:qꝛ dicit Aristo.q requirit maior
friditas ad ꝯgelãdũ vaporẽ calidũ:q̃3 aquã fridã3. ¶ Sed
ꝯtra:qꝛ oẽs dicunt ꝛ experiẽtia ꝓbatũ est:q aqua calida ci-
tius ꝯgelat q̃3 frigida. Unde l3 in aqua calida sit caliditas
que resistit ꝯgelationi:in ipsa etiã est raritas ꝛ subtilitas:ex
quibus passibilis reddit:ꝛ a frigido faciliter penetrabilis:ꝛ
hoc plus ꝓmouet ad ꝯgelationem q̃3 resistat caliditas:ꝛ sic
est de vapore respectu aque:quare ꝛc. ¶ Huic respondet
Albertus q dictu3 Aristo.est verũ per se:ꝛ habito respectu
solũ ad qualitates ꝯtrarias.s.caliditatẽ ꝛ frigiditatẽ:per ac-
cidens tamẽ cõtingit oppositũ ratione subtilitatis ꝛ passibi
litatis:ꝛ hoc ꝓbat argumentũ.

Dubitatio

¶ Fiunt aũt ambo:nõ nisi serena nocte ꝛ a ventis si-
lente. Nam neq3 cũ sudũ sereniq3 nõ fuerit attollet
quicq̃3:neq3 spirante vento cõsistere poterit.

¶ Fiunt aũt ambo serenitate ꝛ tranquillitate:
neq3 eni eleuabunt nõ existẽte serenitate:neq3
cõstare poterunt vtiq3 vento flante.

¶ Adducit duo accidẽtia cõmunia rori ꝛ pruine. Unũ est q
fiunt solũ serenitate existẽte:aliud est q fiunt solũ aere trã-
quillo a ventis. Et pma causa est:qꝛ aere ingrossato vt est tẽ
pore turbido:nõ poterit paucus ꝛ subtilis vapor eleuari ꝓ
gñõne roris vel pruine. Scđa cã est:qꝛ vento flante nõ pote
rit vapor ꝯstare ꝛ inspissari:vnde dicit[Fiunt aũt ambo se-
renitate ꝛ tranquillitate:neq3 enim eleuabuntur]vapores
roris ꝛ pruine[non existente serenitate:neq3 vtiq3 poterũt
constare flante vento.]

¶ Que ideo fieri qꝛ vapor nõ longe a terra surrigat
indicio est:pruinam in montibus non gigni. Huius
rei:due sunt cause. Una hec est:q e locis humilibus
ꝛ aquosis in sublime attollit. Proinde calor euehẽs
quasi qui põdus ferat maius q̃3 suis ꝯgruat viribus:
in locũ admodũ altũ surrigere illud nequit:sed haud
ꝓcul a terra rursum dimittit. Altera:q aer qui in lo-
cis editioribus est.maxime fluitat agitaturq3:atq3 cõ
stitutionem eiusmodi dissoluit ac dissipat.

¶ Signũ aũt:qꝛ fiunt hec ꝓpe nõ q longe sus-
pendit vapor:in montibus eni3 nõ fit pruina.
Causa aũt vna quidẽ hec:qꝛ sursum ducit ex
submissis ꝛ humectis locis:quare velut onus
portans maius sursu3 ducens caliditas q̃3 ſm
ipsam nõ põt eleuare ipsum ad multũ locũ al-
titudinis:sed prope dimittit. Iterũ alia autẽ3:
qꝛ ꝛ fluit maxime aer existens in altis qui dis-
soluit consistentiam talem.

¶ Declarat per signũ q ros ꝛ pruina nõ fiunt in locis mul-
tum remotis a terra:huius enim signũ est q in altis mõti-
bus nõ fit pruina:ꝛ a simili nec ros:quũ in eodẽ loco succes-
siue generent. Et huius duas causas assignat:quarũ prima
est q vapor roris ꝛ pruine fert sursum a debili calore:qui
nõ sufficit notabili tẽpore vaporẽ3 eleuare:sed cito ipm di-
mittit sicut facit portans aliquid valde ponderosum. Scđa
causa est:qꝛ aer qui est in summitatib⁹ altissimoꝝ montiũ3
circulariter mouet:ꝛ per motũ disgregat vapores ꝛ ꝓhibet
eos cõstare:ideo dicit[Signũ aũt:qꝛ fiunt hec]vt dictũ est:
ꝓpterea[q nõ longe suspendit vapor:in montib⁹ enim nõ
fit pruina]ꝛ similiter ros.[Causa aũt vna qdẽ3]hec[est:qꝛ
vapor ducit sursum ex locis submissis]siue depressis[ꝛ hu
mectis].s.humidis[quare velut onus portans].s.pondero-
sum[caliditas ducẽs sursum maius q̃3 ſm ipsam].s.fit pos-
sibile

fibile fursum eleuari] non potest eleuare ipsuz vaporez ad multum loci altitudinis: sed prope dimittit ipsum. Iteruz aūt est alia causa: qz aer fluens in altis maxime fluit] ꝛ circulariter mouetur[qui]sic fluens illic talem consistentiam [vaporis dissoluit.]

¶ Fit autem vbiqz ros flante austro non aquilone: preterquā in Ponto, vbi contra vsu euenit. Nā spirā te aquilone, ros fieri solet: austro nō solet. Causa aūt: similiter habet atqz illud: ꝙ tempestatis, non hybernis temporibus ros gignitur. Etenim temperiem/ auster importat: aquilo, hyemez. algidus enī est. quare: exhalationis calorem, suo frigore extinguit. At in Ponto: non tantā temperiem cōmittit auster vt vapor cooriri queat. Sed aquilo frigore suo circūobsistens, calorem congregat: adeo vt calor maior, vehementius vaporem eliciat. Quod ēt extra Pontuz fieri: sepenumero cernere licet. Nā putei: flante aquilone ꝙ̄ austro largius vaporē euomūt. verū: aquilonū flatus ante calorem prefocant ꝙ̄ vt vlla vaporis copia consistat. at austrini: exhalationē astringi sinunt.

¶ Fit autem ros vbiqz australibus nō borealibus preterꝙ̄ in pōto: ibi autē cōtrarie: borealibus quidem enim fit: australibus autez non fit. Causa autē similiter sicut: qz temperie quidem fit: hyeme autē non: auster quidem enim temperiem facit: boreas autem hyemez: frigidus enim: quare ꝛ hyeme exhalationis extinguit caliditatē. In pōto autem: auster quidem non sic facit temperiem vt fiat vapor: boreas autem pp frigiditatem antiparistasim faciens calidum ꝯgregat: q̄re plus euaporat magis. Sepe autem hoc ꝛ in exteriorib⁹ locis est videre factum: vaporāt eni putei borealib⁹ magis ꝙ̄ australibus: ſ; borealia quidem extinguunt anteꝙ̄ ꝯstat aliqua multitudo: i australibus autem finitur congregari exhalatio.

Ostendit causas magnitudinis austri: dicẽs ꝙ [ille locus] ex quo flat auster. s. tropicus estiuus [ꝓpter vicinantiã solis nõ hꝫ aquas: neqꝫ pascua: que ꝓꝑ liquefactionẽ facerent etesias] i. ventos annuales: [sed qꝛ multo maior est locus ille ⁊ expansus maior ⁊ amplior ⁊ magis vorax ventus est auster] ipso [borea: ⁊ magis pertingit huc ꝙ̃ iste] boreas ptingat [illuc: que qdẽ igiẽ est cã boꝝ ventoꝝ: ⁊ qũo se habeant adinuicẽ dictũ est.] Dubitaẽ vtrum ad intra tropicos sit terra habitabilis. Videẽ ꝙ nõ: qꝛ sub via solis nõ est habitatio possibilis: sꝫ terra que est ab intra tropicos est sub via solis. g ⁊c. pꝫ ꝯña cum minori: ⁊ maior etiaꝫ est nota: qꝛ sol terrã quã diametraliter respicit supflue calefacit ⁊ exiccat: ⁊ per ꝯsequẽs inhabitabilẽ reddit. In oppositũ sũt Ptholomeus ⁊ Aui. volentes sub equinoctiali esse regionẽ temperatam ⁊ habitabilẽ. In ista difficultate sunt due opiniones opposite. Una est quã tenet Aristo. in lr̃a. videlꝫ ꝙ intra tropicos nõ est habitatio ꝓpter superfluã caliditatem: vt rõ in pncipio facta arguebat. Alia est opinio huic opposita: quam Albertus insequiẽ volẽs ꝙ iter equinoctialẽ ⁊ tropicũ estiualẽ est habitatio: vñ ethiopia ⁊ alie terre que sunt vltra ethiopiam ibi sunt: ⁊ sub equinoctiali est ciuitas famosa Arim vocata: ꝓpter qđ notat Albertus ꝙ sol radijs suis ex trib⁹ causis vehementer calefacit. Prima est reflexio eoꝝ in seipsos: ⁊ hec sola cã nõ tollit hitationẽ: qꝛ sup ciuitate Arim ⁊ ethiopia cuꝫ sint sub via solis sit talis reflexio: ⁊ tñ ibi est habitatio. Scđa cã est breuitas distantie solis cũ reflexione radiorũ in seipsos: ⁊ hec cã cũ sit valde fortior pma ita intense calefacit ꝙ tollit habitationem: ⁊ ꝓpter hoc terra que est inter equinoctialẽ ⁊ tropicũ hyemalẽ est ĩhabitabilis. Tertia cã est mora solis in vno loco circuli equinoctialis: sicut facit i vtroqꝫ solstitio: ⁊ ꝓpter hanc causam maior est calor in ethiopia ꝙ̃ sub equinoctiali: tñ nõ tollit habitationẽ nisi ꝯiugaẽ cũ scđa. s. cuꝫ ꝓpinquitate solis ad terrã istã: vt est sub tropico hyemali in meridie ⁊ tres opposite cause sũt cause frigiditatis. Ex his pꝫ rñsio ad rationẽ in principio factã pro altera opinione.

Dubiũ de terra habitabili.

Tractatus secundi: secundi libri est de situ ⁊ contrarietate ventorum. Capitulum. III.

De ventorum autem situ, qui quibus aduersentur, quos simul flare contingat ⁊ quos non, tum etiã qui ⁊ quot sint: adhec de ceteris affectibus qui in Problematis particularibus dicti nõ sunt: nũc agendum. Situs rationem: ex descriptione cõtemplari oportet.

De positione aũt ipsoꝝ: ⁊ qui cõtrarij quibus ⁊ quos simul flare contingit: ⁊ quos nõ: adhuc aũt ⁊ qui ⁊ quot existunt entes: ⁊ adhuc de alijs passionibus quecũqꝫ cõtingit dicta esse in ꝓblematib⁹ particularibus nunc dicamus. Opꝫ autem de positione silr ⁊ rõnes ex descriptione ꝯsiderare.

Istud est

Istud est tertiū capitulū huius tractatus in quo Arı. determinat de situ et contrarietate ventorū: et duo facit. primo premittit intentū. secundo prosequitur ibi [Describatur quidem.] De prima dicit. [Nos nunc dicam⁹ de positione ipsorū ventorū: et qui] venti sunt [cōtrarij: et q̄ bus et quos simul contigit flare et quos non. Adhuc autem dicamus et qui et quot] vēti [existunt enteres: et adhuc de alijs passionibus ipsorū quecūq3 cōtingit: dictū in particularib⁹ problematibus: op3 aūt considerare de pōne ventorum simul et rōnes] acceptas [ex descriptione] vt statim patebit.

¶ Describat igitur vt res ipsa clarior euadat: orizon circulus et proinde rotundus. Intelligendū aūt est: alterū ipsius segmentū qd̄ sub nobis est habitari. nā et idipsum: ad eūdē diuidere modum licebit.

¶ Describatur quide3 igitur: vt magis insinuabiliter habeat quis: orizontis circulus: ꝓpter quod et rotundus: oportet aūt itelligere ipsi⁹ alteram decisionem que a nobis habitat: erit enim et illam diuidere eodem modo.

¶ Prosequitur et diuiditur in duas partes. In p̄ma premittit quedā. In secunda determinat de situ et contrarietate vē torū. ibi [Quoniā igit.] p̄ma iterū diuiditur in tres. In p̄ma ponit descriptionem oriçontis. In secūda ponit duas suppositiones. In tertia distinguit oriçontē sm̄ diuersa pūcta. ibi secūda [Supponat aūt.] ibi tertia. [Sit igit in quo a.] De prima ponit descriptionē oriçontis dicens. [Describat qdē igitur circulus oriçontis. vt magis insinuabiliter quis habeat ꝓpter qd̄ et rotūdus] est sicut et tota terra [op3 aūt intelligere alterā decisionē ipsius que a nobis habitat: erit. n. et illā diuidere eodē modo.] ¶ Intelligendū q̄ oriçon si capiat vt est in celo est circulus diuidens celū in medietatem a nobis visam et in medietatē nō visam. Si aūt capiatur vt est in terra correspondens illi qui est in celo diuidit terram in medietatem supra centrum visam a nobis: et medietatē infra centrum non visam a nobis: et similiter potest sumi oriçon respectu çone terre que a nobis habitatur.

¶ Supponatur aūt primo, que plurimū distant loco, loco contraria esse: q̄mo que specie plurimū distant, specie contraria sunt. Distāt aūt plurimum loco: que per dimetientē lineam e regione posita sunt.

¶ Supponatur etiā prima quidem contraria sm̄ locū esse plurimu3 distantia sm̄ locum sicut sm̄ speciem cōtraria: plurimū distātia sm̄ spēm. plurimū eni3 distāt sm̄ locū posita adinuicem sm̄ dyametrum.

¶ Ponit duas suppositiones: quarū prima est: q̄ contraria sm̄ locū: maxime distant sm̄ locum. Secunda est q̄ maxima distantia sm̄ locum in circulo attendit sm̄ dyametru3: vnde dicit. [Supponat aūt. p̄ma quidem contraria sm̄ locū esse plurimū distantia sm̄ locū: sicut cōtraria sm̄ spēm: sunt plurimū distantia sm̄ spēm. plurimū aute3 distant sm̄ locum posita adinuicem sm̄ diametrum.]

¶ Sit igit. a. occidens equinoctialis: b. vo ei ex aduerso respōdens, oriēs equinoctialis. Sitq3 alia diameter que hāc ad rectos secet angulos: cuius pars altera que est. g. sit vrsa, altera e regione aduersa que est h. meridies. Item. f. estiuus exortus. e. estiuus occasus. Porro. d. hybernus exortus. c. hybernus occasus. Ducatur aūt diameter ab. f. ad. c. item a. d. ad. e.

¶ Sit igitur in quo. a. occidēs eqnoctialis: cōtraria aūt huic in quo. b. oriens equinoctialis. alia autē diameter hanc ad rectam incidens et que in quo. i. sit vrsa. huic autem contraria ex opposito sit in quo. t. meridies: q̄ aūt in quo 3. oriens estiualis: qd̄ autē in quo. e. occidens estiualis: qd̄ aūt in quo. d. oriēs hyemalis. qd̄ autem in quo. g. occidens hyemalis. a. 3. aute3 ducantur dyameter ad. g. et a. d. ad e.

¶ Distinguit oriçontē sm̄ diuersa pūcta i habitudine ad solē orientē et occidētē sup ipsu3 dicēs. [Sit igit in quo. a. occidens eqnoctialis: cōtraria aūt huic] locus [in quo. b. oriēs eqnoctialis. alia aūt diameter hāc ad rectā incidens que in quo. i. sit vrsa] i. septētrio [huic aūt cōtraria ex opposito sit q̄ in quo. t. meridies: qd̄ aūt in quo. 3. oriēs estiualis: qd̄ aūt in quo. e. occidens estiualis: qd̄ aūt in quo. d. oriens hyemalis: quod aūt in quo. g. occidens hyemalis. a. 3. autem ducatur dyameter ad. g. et a. d. ad. e.]

¶ Cum igit que plurimū distant loco contraria loco sint, plurimū aūt distāt que per diametrū: necessario sit vt flatuū hi inter se cōtrarij sint, qcūq3 ꝑ diametꝝ dispositi sunt. Flatus aūt ipsi: iuxta locorū positū vocari hoc pacto solent. ab. a. Fauonius. na3. a. occidēs equinoctialis existit. a. b. Subsolanus huic contrari⁹. nā. b. oriens eqnoctialis est. a. g. Aquilo et septētrio. q̄ppe cū hac in parte vrsa sit. ab. h. Auster huic ꝯtrarius. nā et vnde spirat meridies est. et. h. et. g. ꝯtraria sūt, cū ꝑ diametrū distent. ab. f. Cecias. nā. f. estiuus exortus existit. Cōtrarius aūt ei est: nō qui ab. e. spirat: sed qui a. c. nēpe Africus. nā Africus ab occasu brumali mittit. hic aūt illi cōtrarius est. nā ab eo ꝑ diametrū distat: a. d. Vulturnus. q̄ppe qui: ab exortu brumali venit, atq3 austro vicinus est: Ob idq3: sepenumero Euronoti aspirare dicit. Huic aūt aduersat: nō qui a. c. nomine Africus: sed q ab. e. spirare solet, quē alij Argestē. Olympiā alij, alij Scirona vocant. hic eni ab occasu estiuo adflat: et solus Vulturno ꝑ diametrū respondet. Igit vēti, tum qui ꝑ diametrū dispositi sunt, tum q cōtrarios obtinent: hi sunt. Sūt itē alij: quibus cōtrarij flatus nulli sunt. ab. i. quē Thrascia3 nūcupant. is enim: media regione inter corū et septentrionē spirat. a k: quē Mesen vocāt. hic eni3 inter septētrionē et ceciā est. Ceterū diameter. k. iuxta polum semꝑ ꝯspectū eē solet nō tn̄ exacte sub eo existit. His aūt flatibus cōtrarij nulli sunt, Mese videlicet (nā a pūcto. m. spiraret aliq̄s. id eni3: per diametrū distat) atq3 Thrascie. flaret eni a pūcto. n. q̄ppe cū id: ex aduerso respōdeat. Nisi ab eo pūcto veniat et nō lōge ꝓgrediat, qdā vētus: quē accole Pheniciā vocāt. Vēti igitur principalissimi definitiq3: hi sunt, atq3 hoc digeri ordine assolent.

¶ Qm̄ igit plurimū distātia sm̄ locū: ꝯtraria sm̄ locū: plurimū aūt distant que sm̄ diametrū: necessariū et vētorū hos inuicē ꝯtrarios esse quicūq3 sūt sm̄ diametrū: vocant aūt s3 positionē locorū vēti sic: zephirus qdem qui ab. a. hic aūt occidēs eqnoctialis: ꝯtrarius aūt huic hapeliotes. hic aūt oriēs eqnoctialis: ho-

reas aũt ꝛ aparctias ab.i.hic eni vrsa:cõtrari⁹ aũt huic auster a.t. Meridies aũt hec a qua flat ꝛ.t.ipsi.i.cõtrariũ.ſm diametrũ eni. A.z. aũt cecias:hic eni oriens estiualis:ↄtrari⁹ aũt nõ q ab.e.flat:ſʒ q a.g.lips.iste eni ab occidẽte hyemali:ↄtrarius aũt huic.ſm daimetrũ eniʒ ponit̃:a.d.aũt eurus:iste eni ab oriẽte hyemali flat vicinus austro:ꝓpter qđ ꝛ sepe eurono ti dicunt̃ flare:ↄtrarius aũt huic nõ q a.g.lips: sed qui ab e.quẽ vocant hi qdẽ argestẽ:hi autẽ olypiã:hi aũt stirene:iste eni ab occidẽte estiuali:ꝛ ſm diametrũ ipsi opponit̃ solus. Sic qdẽ igit̃ q ſm diametrũ positi venti:ꝛ quib⁹ sunt ↄtrarij. Alij aũt sunt ſm quos nõ sunt cõtrarij venti:a.c.qdẽ eni quẽ vocat trasceã:iste eni medi⁹ argesti ꝛ aparctie:a.k.aũt quẽ vocat messeʒ:iste eni medius cecie ꝛ aparctie:q̃ aũt.c.k.diameter vult qdẽ ſm semp apparentẽ esse:nõ certitudinalr̃ aũt: cõtrarij enim non sunt his ventis:neqʒ trascea:neqʒ messi:flaret eni vtiqʒ aliqs ab eo in quo.m.hic eni ſm diametrũ neqʒ ipsi.c.trascea:flaret.n.vtiqʒ ab.n. h est signũ ſʒ diametrũ:sed nõ ab ipo:ad modicũ:flat qdã vẽtus quẽ vocant qui circa locũ illũ phenitiã. Principalissimi quidẽ igit̃ venti ꝛ determinati sunt hi:ꝛ h ordinati sũt mõ.

℄ Determinat de positione ꝛ ↄtrietate ventorũ:ꝛ diuidit̃ in tres ptes. In p̊ᵃ facit qđ dictũ est. In zᵃ ondit ꝙ plures vẽti flant nobis a pte boree q̃ȝ austri. In zᵒ ondit q vẽti sunt borealesq australesq oriẽtales:ꝛ q occidẽtales.ibi zᵃ[Essendi ãt.]ibi zᵃ[Est ãt.]De p̊ᵃ determinat de flat vẽtorũ magis p̃ncipaliũ ondẽdo eos esse ↄtrarios.Deinde idem facit de minus p̃ncipalibus ondẽdo ꝙ nõ sũt ↄrij.dicit g.[Qm igit̃ plurimũ distãtia ſm locũ]sunt[ↄria ſm locũ:plurimũ aũt distant q̃ ſm diametrũ]distant[necessariũ est vt vẽtorũ hos inuicẽ ↄrios esse qcũqʒ ſm diametrũ sunt. Vocant̃ aũt vẽti ſm põnẽ locorũ sic.flant zephyrus qdẽ q ab.a.hic aũt occidẽs eqnoctialis.Cõtrari⁹ aũt huic hapeliotes. Hic aũt oriẽs eqnoctialis.boreas aũt ꝛ aparctias ab.i. Hic.n.vrsa.Cõtrarius aũt huic auster q venit a.t. Meridie aũt]est[hec]pars[a qua flat ꝛ.t.ipsi.i.ↄriũ.ſm diametrũ eni sũt.a. z.cecias. Hic aũt oriens estiualis:huic aũt ↄrius nõ q ab e. flat:ſʒ q a.g.lips.iste.n.ab occidẽte hyemali flat. Cõtrarius aũt huic ſm diametrũ:ponit̃ eni:a.d.aũt curus. Iste enim ab oriẽte hyemali flat vicinus austro:ꝓp qđ ꝛ sepe eurono thi dicunt̃ flare.Cõtrarius aũt huic nõ qui a.g.lips:sed qui ab.e.quẽ vocant:hi qdẽ argestẽ:hi aũt olipiã.hi aũt stirene. Iste eni ab occidẽte estiuali flat:ꝛ ſm diametrũ solus ipsi opponit̃.Sic qdẽ igit̃ q ſm dyametrũ positi vẽti:ꝛ qbus]positi[sunt cõtrarij]supple manifestũ ex dictis.[Alij autẽ sunt ſm quos venti nõ sunt ↄrij:a.c.qdẽ eni quẽ vocãt trasceã:iste eni medius est agresti ꝛ aparctie.a.k.aũt flat queʒ vocãt messeʒ. Iste.n.medius cecie ꝛ aparctie:diameter aũt q̃]est[inter.c.k.vult qdẽ eẽ ſʒ semp apparẽtẽ.].s.ↄrietatẽ[nõ certitudinalr̃ aũt]sic est.[Cõtrarij ãt nõ sũt alij his vẽtis neqʒ trascea neqʒ messi:flaret eni vtiqʒ ali⁹ ab eo l q̃.m. hic.n.]e[ſʒ diametrũ nʒ ipi.c.trascie flaret.n.vtiqʒ ab.n.h

eni signũ est ſm diametrũ:ſʒ nõ ab ipso]eni ꝛ sup.flat vẽt⁹ ↄrius trascie:[ꝛ ad modicũ flat]ab.n.[qdã vẽtus quẽ qui]sunt[circa locũ illũ vocãt phenitiã p̃ncipalissimi:qdẽ igitur ꝛ determinati vẽti hi sunt:ꝛ hoc mõ sunt ordinati. ℄ Intelligẽdũ ꝙ sm Ari.ondit ꝙ trasceas q venit a.c.ꝛ messes q venit a.k.nõ ↄtrariant̃ adinuicẽ neqʒ alijs vẽtis:sic posset declarari de vẽto q venit ab.m.cui Ari.nõ ponit nomẽ ꝛ de phenitia q venit ab.n.ſʒ ptrãsit pp breuitatẽ ꝛ solũ qđ dictũ est de situ ꝛ ↄrietate vẽtorũ apparet in infrascripta figura.

Septentrio.



Meridies.

℄ Cur aũt a septẽtrionali plaga plꝛes venti q̃ȝ de partibus meridianis ꝓdeant cã est:ꝙ pars orbis terre habitata ad septẽtriones posita est.qꝙʒ in eã partez plus aquarũ ꝛ niuis q̃ȝ i austrinã ꝓpterea ꝙ hec sub sole atqʒ ei⁹ cursu iacet depellit̃:qbus in terrã liquescẽtib⁹ ꝛ a sole ac terra incalescentib⁹ necessario accidit vt exhalatio amplior ꝛ que latius diffundi q̃at hac eadem de causa oriatur.

℄ Essendi autem plures ventos a locis ad arctum q̃ȝ ab his qui ad meridiem causa. Habitabilẽ supponi ad hũc locuʒ:ꝛ qꝛ multo plus aqua ꝛ nix reponitur in hanc parteʒ:quia illa sub sole sunt ꝛ illius latione:quibus liquefactis in terram:ꝛ calefactis a sole ꝛ terra necessarium ampliorem ꝛ ad plurem locum fieri exhalatione propter hanc causam.

℄ Ostẽdit ꝙ plures vẽti flãt nobis a pte boree q̃ȝ austri dicẽs.[Essendi aũt plures vẽtos a locis ad arctum q̃ȝ ab his q ad meridiẽ cã]est[terrã nostrã[habitabilem supponi ad hũc locũ:ꝛ qꝛ mlto plus aq̃ ꝛ nix reponit̃ in hãc ptẽ:qꝛ illa] loca[sub sole sunt:ꝛ illius latione:qbus liquefactis in terraʒ ꝛ calefactis a sole ꝛ terra]est[necessariũ ampliorẽ ꝛ ad plurem locum fieri exhalationem ꝓpter hanc cãm.]

℄ Sunt aũt e flatibus quos iã diximus Septẽtrio p̃ncipalissime ꝛ Thrascias ꝛ meses:Aquilo.Cecias võ: Subsolani ꝛ Aqlonis cõis habet̃ Qui a meridie spirat ꝛ Africus:Auster.Qui ab eqnoctiali exortu mittit̃ atqʒ Vulturnus:Subsolanus. Phenicias võ:cõ

munis ad

muniter ad Subsolanū et Austrū ptinet. Qui ab occasu est is quē Greci Argestē nři corū vocāt: Fauoni⁹.

¶ Est aūt dictorū vētorū: boreas quidem quiqz aparcrias et meises principalissime et thrascea et messe: cōis āt argesti et boree. Austri aūt q cūqz itbagenes q a meridie et lips. Apeliotes aūt qcunqz ab oriēte eqnoctiali et eurus: phenitias autem communis. Zephyrus autem qqz itbágenes et argestes vocatus.

¶ Declarat q vēti sunt boreales: et q australes: q oriētales: et q occidētales: et duo facit. p̊ hoc. 2° determinat de qbusdam accidētib⁹ vētorū. ibi 2° [Scdm tēpora]p̊ⁿ in tres. In p̊ᵒ facit qd dictū est. In 2° declarat q oēs vēti largo vocabulo dicunt boreales vel australes. In 3° ondit q vēti pnt sil flare: et q nō. ibi 2° [Ulr aūt.]ibi 3° [Sic aūt.]De p̊ᵒ declarat q vēti sunt boreales: q australes: et q oriētales: et q occidentales dicēs. [Est aūt dictorū vētorū boreas qdē quiqz apparetias vl p̊ncipalissime: et trascias et messes: cecias vo cōis argesti et boree est. Austri aūt qcuqz itbagenes]i. pprie a meridie]flant[et lips. Apeliotes aūt sūt qcuqz ab oriēte eqnoctiali]sūt[et eur⁹. phenitias aūt cōis est. zephirici aūt qcuqz itbagenes]sine pprie tales dicunt[et argestes vocatus.]

¶ Omnino aūt ex hisce: alij aqloni, austrini alij nūcupari solent. Fauoniani: aquiloni tribuunt. fridiusculi n. sunt: q ab occasu veniāt. Subsolanij: austro. nā calidiusculi sūt: ppterea q ab exortu aspirāt. Sūpta igr a frigore et calore ac estu dīa: spūs ad hūc noiarūt modū. Ab ortu aūt flātes: calidiores sunt ab occasu flantibus: q sol diutius supra illos fert: hos vo citius deserit, tardiusqz eum ad locum accedit.

¶ Ulr aūt hi qdē boreales hoȝ vocant: hi aūt australes: opponūt aūt zephyri quidē boree: fridiores. n. q ab occidēte flāt: austri autē apeliotici: determinatis igitur frigido et calido et estuoso vētis: sic vocauerūt: calidiores eni q ab oriēte his qui ab occidēte: q pluri tpe sub sole sunt: q ab oriēte: q aūt ab occidēte dereliquerūt citius et appropinquāt loco tardius.

¶ Declarat q oēs vēti largo vocabulo dicunt boreales: vel australes: et q oriētales sūt calidiores occidētalibus dicēs. [Ulr aūt hi qdē hoȝ boreales vocant hi aūt australes: opponunt aūt zephyri qdē boree. fridiores eni]sūt[q ab occidēte flant. Apeliotes aūt ponūt cū austro]caliores eni sunt q ab oriēte flāt. [Spiritib⁹ igit determinatis frido et calo sic vocauerūt. Caliores q ab oriēte his q ab occidēte: q pluri tpe sub sole sunt q ab oriēte: q aūt ab occidēte derelinquerūt citius]ipm solē[et tardius appropinquant loco]solis.

¶ Uētis hūc in modū dispositis: cōstat fieri nō posse vt aduersi simul spirēt. nā p dimetientē distant. alter igit: alterius vi p̄ssus cessabit. At q nō ita frōte aduersa positi sūt: eos simul flare nihil obstat: vt f. et d. Atqz ob id: nōnūq secūdi ambo ad idē signū sil flare: non eodem ex loco, nec flatu eodem solent.

¶ Sic aūt ordinatis vētis: palā q sil flare contrarios qdē nō possibile: sm diametrū eni: alter igit cessabit violētiā passus: nō sic aūt positos adinuicē nihil phibet: puta. 3. et d. ppter hoc simul flāt aliqn ambo omnino ad idez signum: non ex eodem neqz eodem spiritu.

¶ Ondit q vēti pnt simul flare et q nō: qm 2rij nō pnt flare sil: q vn⁹ impedit aliū: sz nō 2rij bn pnt sil flare. Ui dicit. Sic aūt ordinatis vētis palā qdē q nō poīe]est vētos[cōtrarios simul flare: sm diametrū eniz]opponūt. [Alter igitur violētiā passus]seu supatus cessabit: [nō sic aūt positos adinuicē nihil phibet]sil flare vt[puta. 3. et d. et ppter hoc aliqn ambo simul flant]et mouent[ad idē signū: sed nō ex eodem]signo[neqz eodem spiritu.]

¶ Porro: cōtrarijs tēporibus flatus cōtrarij maxime spirāt. Uerbi cā circa eqnoctiū vernū, Cecias et oīno q vltra estiuū tropicū collocati sūt: circa autumnale, africus. Item circa solstitium estiuum, Fauonius: circa hybernum, Uulturnus.

¶ Secūdum tpa autē cōtraria cōtrarij maxie flāt: puta circa eqnoctiū vernale cecias et totaliter q vltra tropicuz estiualē: circa autūnale autē lips: circa versiōes autē estiuales zephyrus: circa hyemales autem eurus.

¶ Ponit accidētia vētorū: et tria facit. p̊ hoc. 2° ondit effect⁹ vētorū. 3° determinat de eneftys et cecia. ibi 2° [Cōtrarij āt idē.]ibi 3° [Enefie.]De p̊ᵒ ponit accidētia vētorū: quorum p̊ᵐ est q vēti 2trarij flant vt plurimū in tpib⁹ 2trarijs cecias circa eqnoctiū vernale: et lips circa eqnoctiū autūnale. Ui dicit. [Scdm tpa aūt 2ria]vēti[2rij maxime flāt: puta circa eqnoctiū vernale cecias: et totaliter q circa tropicū estiualē circa eqnoctiū autūnale]flat[lips: circa versiones autem estiuales zephyrus: circa hyemales aūt eurus.]

¶ Incidūt aūt in alios maxime atqz cōpescūt: Septētrio Thrascias et corus, ppterea q e ppinquo veniūt. Quinctiā: hi oium maxime cerebri ac validi spirare solent, et pinde inter reliquos maxime ligdi et illustres existūt. Nā cū ŏ prope maxime spirēt: vi sua reliquos flatus sternūt, et discussis nubibus q coalescere ceperāt celū sudū apertūqz reddūt. Nisi forte: ēt impēdio frigidi sint: tūc aūt sereni nō sunt. Nā si frigidi magis q vehementes fuerit: p̊us nubes gelu indurant, q vt eas repellere possint. At cecias: serenus nō est, q i se reflectat. vn̄ et illud prouerbium dici solet. Ut cecias nubem: perinde ad se trahens.

¶ Incidunt aūt alij maxie et cessare faciūt aparctie et thrascie et argestes: maxie eni de ppe ipet⁹ ipsoȝ est: cerebriqz et fortes flāt maxie isti. ppter qd et serenissimi sūt vētoȝ: flātes. n. de ppe maxime repellētes alios vētos cessare faciūt et efflātes 2sistētes nubes faciūt serenitatē: si nō fridi vehemēter fuerit sil existes: tūc aūt nō sereni: si eni fuerint magis fridi q magni p̊ueniūt coagulātes magis q ppellētes: cecias āt nō seren⁹: q reflectit i scip̄z: vn̄ et dr pūerbiū trahēs ad scipsum: vt cecias nubem.

¶ Secūdū accidēs vētorū est q vēti boreales maxime faciūt cessare alios vētos: q sunt ppinqui et fortiores: ideo serenissimi sunt: nisi fuerint fridissimi plus ispissantes nubes q ppellētes. cecias aūt nō est serenus: sz trahit ad se nubes sicut auarus pecunias. Ui dicit. [Incidūt aūt alij maxime et cessare faciūt alios vētos aparctie cecie et argestes: maxie aūt cū de ppe impetus ipsoȝ est: et cerebriqz et fortes flāt ma

xime isti:pp qd τ serenissimi sũt vẽtorũ:flãtes eni de ppe τ maxime repellẽtes alios vẽtos faciũt cessare:τ efflantes cõsistẽtes nubes inducũt serenitatẽ. Si nõ fuerint sil' existẽtes vehementer frigidi:tũc aũt].i.qñ sũt vehemẽter frigidi sũt [nõ sereni.Si eni fuerint magis frigidi q̃ magni pueniũt] magis[coagulantes]nubes[q̃ propellentes. Cecias autem non]est[serenus q: reflectitur in seipsum. Unde τ dicitur prouerbium trahens ad seipsum:vt cecias nubem.]

ℭ Porro pro solis discursu vicissitudo spirituum agi/ipsis in sibi ꝓximos trãseũtibus/assolet: ꝓpterea ꝙ id quod primordio contiguum est/mouetur a sole potissimũ.Initiũ võ flatuum:vt sol ambit.

ℭ Gyrationes aũt fiũt ipsorũ cessantiũ inhabita ſʒ solis trãslationẽ:q: mouet maxie habitũ pricipio:principiũ aũt sic mouet vẽtoꝝ vt sol.

ℭ Tertiũ aũt accidẽs vẽtorũ est ꝙ fiũt gyratiões ventorum idest gnões post aliorũ cessationes ſm motũ solis de vna regione in aliã habitatã illi.Uñ dicit[Gyrationes aũt fiunt ipsoꝝ]vẽtorũ[cessantiũ inhabita]siue in eos q sequunt[ſʒ solis trãslationẽ:q: habitũ maxime mouet a suo pncipio. pncipiũ aũt vẽtorũ sic mouet vt sol.]

ℭ Flatus aũt cõtrarij:aut idẽ aut ꝯtrariũ efficiũt.verbi grã. Humidi:africus τ cecias quẽ aliqui vocãt hellespõtian.Sicci:corus τ vulturn⁹ quẽ subsolanũ.hic inter initia siccus est ad postremũ aquã mittit. Niuales:Meses τ Septẽtrio maxime.nam hi frigidissimi sũt.Grãdines septẽtrio importat:τ thrascias τ corus. Estuosi:auster fauonius τ vulturnus. Nubibus obducunt celũ:dẽsioribus cecias rariusculis africus.Cecias:q: τ in se reciprocat ac redit τ aquilonis τ vulturni cõis est. Quare:q: algidus est/vaporẽ cõpingendo nubes cõstituit:q: võ rõne loci subsolanus est: mltũ mãe ac vaporis quẽ ꝓpellat hʒ. Sereni:septẽtrio thrascias τ corus.Causa:dicta prius est. Fulgura ꝑceteris aduehũt:τ hi quos diximus/τ Meses. Nã q: haudquaq̃ de lõge veniũt:frigidi sunt.frigoris aũt opa:fulgur gignit.coeũtibus siquidẽ nubibus:excerni assolet.Quocirca:τ ex hisipsis nõnulli grãdinẽ afferũt.cito eni:in glaciẽ aquam vertunt.Procelle aũt hoc est venti qui excussi nubibus sciunt.

ℭ Cõtrarij aũt aut idẽ faciũt:aut cõtraria idest: puta hũidi lips τ cecias quẽ elyspõtian qdam vocãt: τ eurus quẽ apeliotẽ.sicci aũt argestes τ eurus:a pricipio aũt iste siccus:cõsumẽs aũt aquosus:nebulosus autem messes τ aparcias maxime:isti eni frigidissimi:grãdinosus autẽ aparcias τ trascea τ argestes:estuosus aũt auster τ zephyr⁹ τ eurus:nubib⁹ aũt ꝯdẽsãt celũ: cecias aũt valde:lips aũt rari⁹:cecias aũt ꝓpterea ꝙ reflectit ad ipʒ: τ q: cõis est boree τ euro:quare q: frigidus est coagulãs vaporẽ aerẽ cõstare facit. Quia aũt a loco τ apeliori est hʒ multã mãm τ vaporẽ quem ꝓpellit:sereni aũt aparcias τ trascea τ argestes:cã aũt dicta est pri⁹. Corruscatiões faciũt maxie aũt hi τ messes:q:.n.de ꝓpe flant frigidi sunt.pp frigidum aũt fulguratio fit:segregatur eni ꝯstãtib⁹ nubibus:ꝓpter quod τ quidẽ coꝝdẽ hoꝝ grãdinosi sunt.cito enim coagulant.

ℭ Ostẽdit effectus vẽtorũ ꝑmarios τ secũdarios dicẽs.[Cõtrarij aũt]vẽti[aut idẽ]semp faciũt.vt puta.humidi sunt [lips cecias quẽ elyspõtiã qdã vocãt:τ eurus qdẽ quẽ vocant apeliotẽ.]al's apelliorẽ.[Sicci aũt argestes τ eurus] sunt[a pri⁹ aũt iste siccus]est[ꝯsumens aũt aquosus:nebulosus aũt messes τ aparcias maxime]sũt[isti eni]sunt[frigidissimi.grãdinosi aũt aparcias τ trascea τ argestes.Estuosi aũt sunt auster τ zephyrus τ eurus:nubib⁹ aũt dẽsant celũ cecias qdẽ valde.lips aũt rarius:cecias qdẽ ꝓpterea ꝙ reflectit ad seipm:τ q: cõis est τ euro τ boree:quare q: frigidus est coagulans vaporãtẽ aerẽ cõstare facit: q: aũt loco apelioris est.hʒ multũ vaporẽ τ mãm quã ꝓpellit.Sereni aũt]sunt[aparcias trascea τ argestes:cã aũt dicta est prius. Corruscationes aũt]siue fulmina[faciũt maxime isti τ messes:q:.n.de ꝓpe flant frigidi sunt.pp aũt frigidũ fit fulguratio.aggregat.n.]fulgur siue fulmẽ[ꝯstãtibus nubibus: pp qd τ qdã coꝝdẽ hoꝝ grãdinosi sunt:cito enim coagulant.]

ℭ Intelligẽdũ ꝙ calefactio frigidatio humectatio τ exiccatio dicũt effect⁹ ꝑmarij vẽtoꝝ:ſʒ inducẽ niuẽ grãdines aut corruscatione τc.dicũt effect⁹ scdarij:q: fiũt mediãtib⁹ ꝓcedẽtib⁹.

ℭ Ecnephias greci vocãt autũno maxime/moꝝ vere/τ ꝑcipue septẽtrio thrascias τ corus fieri solẽt.Causa hõ:ꝙ ꝓcelle potissimũ fiunt/cũ alijs flãtibus ventis alij ingruũt.id qd:isti maxime facere solent.causa etiã huiusce rei:antea dicta est.

ℭ Enefie aũt fiũt:autũno qdẽ maxie:deinde vere:maxie τ apartias τ cecias τ argestes. Cã aũt q: enefie fiũt maxime quãdo alijs flãtib⁹: inciderint alij:isti aũt incidũt maxie alijs flãtibus:causa aũt dicta est huius prius.

ℭ Determinat de enefijs q sunt vẽti veniẽtes cũ impetu ad terrã pp violẽtiã alterius vẽti impellẽtis de sursum in deorsum:dicẽs.[Enefie aũt fiũt autũno qdẽ maxime:deinde vere:maxie aũt fiũt apartias τ trascea τ argestes. Cã aũt.]est[q: enefie fiũt maxie qñ alijs]vẽtis[flãtibus incidũt alij. Isti aũt maxie icidũt alijs flãtib⁹.Cã aũt hui⁹ dicta est.]

ℭ Porro flatus anniuersarij(qui vocãt a grecis Etesie trãsire apud occidẽtalis plage incolas ex septẽtrionib⁹ in thrascias coros τ fauonios(septẽtrio nãq: fauonius est)cõsueuere/incipiẽtes ab vrsa desinẽtes aũt in eos qui lõge absunt.Apud oriẽtales:ad subsolanũ,vsq: abire solẽt.Sʒ de vẽtis τ ꝑmaria coꝝ gnõne τ eẽntia/atq: affectib⁹ tã ꝑuasi q̃ cõib⁹: hacten⁹.


ℭ Cecias aũt gyrãt habitãtibus circa occidentẽ ex aparctijs in trasceas τ argestes τ zephyros.aparctias eni zephyrus est:icipiẽtes qdẽ ab vrsa:terminãtes aũt qui ad orientem gyrãt vsq: ad apeliotẽ. De ventis qdem igitur: τ de ea que a principio generatione ipsorũ: τ substantia τ de accidẽtibus τ passionibus:cõiter τ ſm vnũquẽq: talia nobis dicta sunt.

ℭ Nũc vltimo determinat de cecijs.i.vẽtis annualib⁹ dicẽs [cecie aũt girãt habitãtib⁹ circa occidẽtẽ ex aparctijs i trasceas argestes τ zephyros:aparctias.n.zephyrus ẽ:pncipiãtes qdẽ eni]hi vẽti[ab vrsa:terminãtes aũt]sunt ad longe:his eni[q ad oriẽtẽ gyrãt vsq: ad apeliotẽ.] De vẽtis qdem igit τ de ea q̃ a pri⁹ gnõne ipsorũ τ sbãa:τ de accñtib⁹ τ passionibus cõiter:τ ſm vnũquẽq: tanta a nobis dicta sunt.]

ℭ Intelligẽdum

¶ Intelligēdū q Ari. dicit q zephyrus est aparcias .i. vētus borealis: hoc eniz dicit: qz est vētus occidētalis & frigidus & oēs tales boreales nūcupari pñt: vt dictū est supra.

Septentrio.



Meridies.

¶ In figura suprascripta cōprehēdi possunt positiones & nomina ventorum fm latinos.
Sunt subsolanus vulturnus & eurus eoi.
Atqz de medio nothus heret & africus austro.
Circius occasu zephyrusqz fauonius afflant.
Adueniunt aquilo boreas & chorus ab arcto.
¶ Tractatus tercius libri secūdi: in quo determinat de terremotu fm opiniones antiquorū. Cap. I.

De concussione autem ac motu terre: post hec agendū. nā huiusce affectionis causa: huic eidē generi heret. Que aūt de eo ad hoc vsqz tēporis tradita sūt: tria numero sunt/ & a totidem auctoribus pdita. Nam Anaxagoras Clazomenius/ & ante eū Anaximenes Milesius/ & post vtrūqz Democritus Abderita: de terre motu disseruere.

De agitatione aūt & motu terre post hoc dicēdū: cā aūt huius passionis habita huic generi est. Sūt āt tradita vsqz ad pñs tēpus tria: & a trib⁹. Anaxagoras eni clazomeni⁹: & prius Anaximenes Milesius enuntiauerūt: & his posterius Democritus abderites.

Iste est tertius tractatus scdi libri: in quo determinat de terremotu: & ptinet tria capla. Primū ē d terre motu fm opiones antiquorū. Scdm est de terremotu fm opionē ppriā. Tertiū est de cāis accidētiū terremot⁹. cap^m 2^m ibi. [Sz qm manifestū] 3^m ibi. [Cū aūt factus fortis.] Primū cap^m diuidit in duas ptes. In p^a ptinuat se ad pcedētia assignādo cām dicti sui: & enumerat phōs q locuti sunt de terremotu. In 2ª ponit opiones eorū. ibi [Anaxa. qdez.] Dicit de p^a q post tractatū de vētis dōm est de terremotu: qz cā terremotus ptir se hz: & est in eodē gñe cū vētis. Tres aūt fuerūt phi q dixerūt de terre motu. [Anaximenes. Anaxago. & Democritus. Uñ dicit [post hoc] qd dictū est de vētis [dōm] est [de agitatione & motu terre. Cā eni huius passionis .i. terremotus [est habita] .i. ptinet enī [huic generi] .i. vētorū. [Sūt aūt de terremotu [vsqz ad pñs tēpus] Arist. [tradita tria: & a trib⁹] phis. [Anaxa. n. Clazomeni⁹ & Anaximenes Milesius pri⁹: & posteri⁹ his Democrit⁹ abderites enūciauerūt] de terre motu. ¶ Intelligēdū q tā vētus qz cā q mouet terrā in terre motu est exhalatio terrestris: ideo sunt in eodē genere. In hoc tñ differūt: qz vētus est exhalatio subtilis mota p aerē: exhalatio aūt q est cā terremotus est grossa & intra terrā inclusa est: vt post ostendet.

¶ Anaxagoras igit etherē qui sursum ferri aptissim⁹ est/ dū se in venas & cauernas terre pdit: motitare terrā affirmat. Nā superas telluris partes coalescere imbriū bñficio: asserit: qñquidē: nā totā similiter fungosam laxāqz esse terrā predicat. perinde quasi totius pile pars altera/ supera: altera infera sit. ac supera/ in qua habitamus: infera altera.

¶ Anaxagoras quidē igit ait etherē natū ferri sursuz: incidētē aūt in iferiora terre pcaua: mouere ipā: q qdē. n. sursuz ferunt ppter ibres: qm terrā oēz silr esse somniferā tanqz existez: hoc qdē sursuz: h aūt deorsum totius sphere: & sursum quidez hac existente parte in qua habitamus: deorsum autem altera.

¶ Prosegt ponēdo opiones istorū de terremotu: & diuidit in tres: qz ponit p opionē Anaxa. 2° Demo. 3° Anaximenis. ibi 2° [Democritus aūt.] ibi 3°. [Anaximenes aūt.] Prima adhuc in duas: qz ponit opionē Anaxagore de cā terre motus. 2° improbat cā. ibi 2°. [Ad hāc aūt cām.] Dicit de p° q Anaxagoras voluit aerē iflāmatū q ether appellat cām esse terre motus: & modū posuit talē. ¶ Dixit eni h⁹ aerez aliqn immisceri nubib⁹: & cū eis descēdere ad terrā & sua subtilitate i ipam penetrare & in ei⁹ pcauitatib⁹ cōtineri. ex pluuijs aūt descēdētib⁹ pstringit poros superiores terre cōstipari & crustā ei⁹ supiorē solidari. cū ergo aer in terra inclusus psumpto vapore grosso cui erat immixtus p sui leuitatē qrat ascēdere nō hñs liberū exitū repellit deorsum: & terrā concutit seu mouet. & p hūc modū dī cā ipsius terre motus. Dicit ergo [Anaxagoras qdē igit ait etherē natū ferri sursum: incidētē aūt in inferiora terre pcaua mouere ipaz] corpora [qdē eni q sursuz ferūt pp ibres] descēdētes ipediunt ab exitu [qm] videt [oēz terrā similiter esse somniferā] .i. spōgiosam [tanqz existētē totius sphere: hoc quidē sursum hoc aūt deorsum: & sursuz qdē existente hac parte in qua habitamus] vsqz ad celū [deorsuz aūt altera] huic opposita.

¶ Uerū aduersus hāc cām tanqz parum admodum psiderate dictā: nihil dicere fortasse cōgruit. Nā stultū est: arbitrari sursum ac deorsuz ita habere/ vt non corpa grauia ad terrā vndiqz ferant/ & leuia ac ignis: in superum concedant locum.

¶ Ad hanc aūt cām nihil forte opz dicere tāqz valde simpliciter dictā. sursuz eniz & deorsuz putare sic habere: vt nō ad terrā quidē vndiqz ferantur grauitatē habentia corporuz: sursum autem leuia vt ignis stultum.

¶ Reprobāt hāc opionē qdrupliciter: & p qtū ad hoc qd dixit de sursuz & deorsum in toto mūdo. dicēs q [ad hāc cām] .i. opionē pdictā cāz reddētē [valde simplr dictā] .i. supficialiter: & sine inqsitione [nihil forte opz dicere. putare eni sursuz & deorsuz sic se hēre vt qdā nō vndiqz] de numero [corporū habētia grauitatē ferant ad terrā: sursuz aūt leuia vt

ignis] est [similiter.] ¶ Intelligēdū ꝙ Anaxa. opinabat̄ terrā esse late figure: et ī aere qescere. et ꝙ totū qd̄ est supra orizō tē eēt sursū: et totū qd̄ est ex opp^o eēt deorsū. h̄ āt est flm: qꝛ ex altero hemispio a terra 𝔳sus celū leuia ascēdūt: q̄re ibi terra est deorsū et ignis sursū. sic in nr̄o hemisperio.

¶ Idq; cū cernamus circulū illū quo pars orbis terrarū habitata / quāta nobis cognita est / definit / nobis locū ex loco mutātibus diuersū subinde fieri: qꝛ terra gibbosa sit et in sphere faciem conglobet̄.

¶ Et hoc vidētes orizontē per habitatā quantū nos scimus: alterum semper factū translatis tanq̄ existente gibbosa et spherica.

¶ Secūdo reprobat eā quātū ad h̄ qd̄ dixit terrā eē late figure: et nō sphericē. dicēs. [Et euidens h̄] .i. ꝙ nobis [trāslatis p] totā terrā [habitatā quātū nos scimus: orizōtē factū alterū. tanq̄] terra [existe gibbosa: et spherica.] ¶ Intelligendū ꝙ qꝛ nobis motis sup terra ptes ei^9 que p̄us videbant̄ occultant̄: et que p̄us occultabantur videntur: arguit ꝙ terra sit gibbosa seu tendens ad sphericitatem.

¶ Dicere quoq;: rōne magnitudinis suspēsam librari medio aeris tellurē / quati 𝔳o cū ab imo sursū versus vi ꝑcussionis que p totā meet impellitur.

¶ Et dicere quidē ꝙ propter magnitudinē in aere manet: agitari autem dicere percussā de subtus per totum.

¶ Tertio reprobat ipsā q̄tū ad hoc qd̄ dixit terrā qescere in aere pp latitudinē sue figure dicēs. [Et dicere qdē ꝙ] terra [pp magnitudinē] et latitudinē sue figure [manet ī aere. dicē āt] ipsā [ꝑcussā d̄ subt^9] et d̄ sursū [p totū agitari] ē icō ueniēs: qꝛ sic dicē est dicē oppo^m. s. terrā qescē et terrā moueri.

¶ Preterea: nihil meminerūt eorū que circa terre motus contingere solent. nō enim regiones queuis aut tempora: id sentiunt affectionis.

¶ Adhuc aūt nullū reddit accidentium circa terremotus. neq; enim regiones neq; tempora quecūq; participant hac passione.

¶ Quarto eā reprobat: qꝛ h̄ opio nō potuit assignari cām accidētiū circa terre motū. s. q̄re ī aliqb^9 regiōib^9 et ī aliqbus tēpib^9 fiūt terre mot^9: et ī aliqb^9 nō. Unā dicē. [Adhuc āt nullū reddit] de nūero [accitiū circa terre motū. neq; eni regiones neq; tpa quecūq; participāt hac passione.]

¶ Democritus aūt: terrā cū aqua referta est / et multā insuper pluuialē aquā recipit / ab ea moueri dicit. nā vt que amplior aduenit vim afferēdo ꝓpterea ꝙ cauernis capi nō pōt / terrā quatere: ita que locū demutat atq; alio trāsfert / irrūpēdo terrā agitare que assiccet atq; e locis plenioribus in vacua trahat / asserit.

¶ Democrit^9 aūt ait terrā plenā aq̄ existē et suscipiētē mltā aliā pluuialē aquā ab hac moueri: fcā āt āpliori: qꝛ nō p̄nt suscipe vētres: vim īferētē facē terremotū: et exiccatā trahētē ī vacua loca ex repletiorib^9: trāsiētē icidētē mouē.

¶ Ponit opionē Demo. q voluit terremotum pp duo fieri posse. Prio qdē pp h̄ ꝙ terra h̄z mltitudinē aq̄ iteri^9 ī suis receptaculis. ɔtigit aūt ex pluuijs mltā aquā supuenire ipsi terre: et maiorē q̄ posset recipe: qua pp pōdus ei^9 terra violētiā patit̄ et ɔcutit̄: et p hūc modū talis aq̄ efficit̄ cā terremotus. Scdo āt qꝛ ps terre īferior exiccata trahit hūiditatē a pte supiori hūida: et talis aq̄ trāsiēs a ptib^9 supiorib^9 terre ad ptes īferiores ɔcutit ipsā et facit terremotū. Hāc opionē nō reprobat Ari. qꝛ est manifeste fla. Unā dicē. [Democrit^9 aūt ait terrā] eē [plenā aq̄ existē et suscipiētē mltā aliā aquā] pluuialē ab hac moueri ipa facta ampliori: qꝛ vētres] terre [nō p̄nt suscipere] vtrāq; [et hāc] aquā [supueniētē [viz inferētē] terre dicē [facere terremotū: et] ēt terrā [exiccatā] dicit eē [trahētē] aquā [in loca vacua ex repletiorib^9] et hāc aquā [trāsiētē incidētē] terre dicit [mouere] ipsam.

¶ Anaximenes 𝔳o: terrā tā cū madet / q̄ cū resiccatur rūpi et ab hisce fragmētis ingētibus q̄ incidere solent quati dicit. Ideoq;: terre motus p squalores / et rursum tpe pluuio fieri. nā tellurē (vti diximus) p squalores siccētem rumpi: et per imbres ab aquis preterea madefactam incidere affirmat.

¶ Anaximenes āt ait plutā terrā et exiccatā rūpi et ab his rupē frustis icidētib^9 ɔcuti. pp qd̄ et fieri terremot^9 in siccitatib^9: et itez ī pluuiosis: in siccitatib^9. n. sicut dictū est: exiccatā rūpi et ab aquis supbumectatam decidere.

¶ Ponit opionē Anaximenis q dixit ꝙ terra existē hūefacta ab Ibrib^9: et postea 𝔳tute solis exiccata ɔtigit eā scīdi seu rūpi ī ptes: et tūc ei^9 frusta decidūt a supiorib^9 ad inferiora et ɔcutiēdo terrā mouēt eā: et hic mot^9 dī terremot^9. Unā dicit. [Anaximenes āt ait plutā terrā et exiccatā rūpē: et ab his frustis ruptis icidētib^9 ɔcuti pp qd̄] ɔtigit [fieri terremotū in siccitatibus: et iterū in pluuiosis] tēporibus [in siccitatib^9 enim sicut dictū est exiccatā rūpi et ab aquis terram superhumectatā decidere] propter grauedinem.

¶ At si hoc accidat: humū refugere in sese plerisq; in locis cerni oportuit. Preterea: quā ob cām hec affectio qbusdā in locis sepenumero fieri solet / q̄ ab alijs nullo tali excessu dissidēt: At q: ea dissidet̄ oportuit. Deniq; necesse est: vt q ita existimant / semp min^9 terre motū fieri: tādēq; aliqñ terrā quati desiturā dicāt. qd̄ eni decutit̄: talē obtinet nām Quare si id fieri nequeat: perspicuum est fieri non posse vt terre motus causa / eiusmodi habeatur.

¶ Oportebit āt h̄ accīte submersam multiplr̄ appere terrā. adhuc aūt pp quā cāz circa q̄dā loca sepe fit h̄ passio nullo d̄ria excessu tali ad alia: et qdē oportebat: oio aūt sic existimātib^9 necēz dicē min^9 semp terremot^9 fieri et tādē cessare aliqñ ɔcussaz: sic. n. ɔcidēs talē h̄z nāz: q̄re si h̄ ipoīe palā: qꝛ et ipoīe hāc esse causaz.

¶ Nūc reprobat hāc opionē triplr̄. Prio qꝛ si ista opio eēt 𝔳a mlti sit̄ fierēt terremot^9. ɔñs est falsū: et pz ɔña: qꝛ terra exiccata sit̄ ī mltis locis rūpet̄ ī qb^9 ptes terre supiores deciderēt ad īferiores: q̄re et c̄. Scdo qꝛ oz istā opionē assignare cāz q̄re locis terre diuersi s̄lr̄ dispositis ī hūiditate et siccitate ī vno sit terremot^9 et nō ī alio: quā tñ assignare nō posset. Tertio qꝛ data illa cā seq̄t̄ terremot^9 ɔtinue fieri minores: et ꝙ aliqñ ex toto cessabūt. ɔñs flm: et pz ɔña: qꝛ cū p̄fundītas terre est finita et ɔtinue terra supior descēdit ad īferiorē aliqñ tota terra erit itaū cōpacta et ɔstricta ꝙ nō poterit ampli^9 ps terre supior descēdere ad īferiorē: et pri^9 continue min^9 et min^9 descēdebat. q̄re et c̄. Unā dicē. [Oportebit aūt h̄ accidēte] qd̄ dicit h̄ opio [terrā appere multiplr̄ submersaz. Adhuc aūt] oportebit assignare [pp quā cām circa q̄dā loca sepe fit h̄ passio ī nullo excessu] .i. s. in hūido vł̄ sicco [d̄ria ad alia] loca ī qb^9 nō fit [et qdem oportebat] .i. s. fieri

terremotū

terremotū in illis si fit illis.] Omino aūt sic existimātib' [est necīuz dicere terremotus semp minꝰ fieri & [terrā] ꝯcussam aliqñ tādē cessare:sic enī decidēs talē hꝫ nām : q̄re si h [est] [ipole palā q [est] impole & hāc eē cām [terremotus.

Tractatus terciꝰ libri scḋi:in quo determinat de terremotu fm opinionem propriam. Cap. II.

VEru cū ꝯstet necessariū eē vt & ab hūido & a sicco halitus ꝓdcat,id qḋ antea dixim': necessario fit vt hisce in rerū nā existibus terra intremiscat. Nā terra p se qdē arida existit.at rōne imbriū:mltū i se ꝯtinet hūoris.adeo vt cū ipsa tā feruore solis q̄ suo incalescit: multū spūs intra extraqꝫ gignat. Atqꝫ is interdū qdē extra totꝰ ꝯtinenter effluit:interdū aūt intro influit: nōnunquā vo:& in parteis distribui solet.

SEd quoniā manifestū q necessariuz & ab hūido & sicco fieri exhalationē: sicut diximus in priorib':necesse his existibus fieri terremotꝰ. Existit eniz terra p se qdē sicca:propter imbres autem habens in seipsam humiditatem multam: vt & a sole & ab eo qui in ipsa igne calefacta:multus qdē extra:multus aūt intra spiritus fiat: & hic aliqñ qdē ꝯtinuus extra fluit ois:aliqñ autem intra omnis:aliquando aūt & partitur.

Istud est 2m capm huiꝰ tractat':in q̄ Ari.determinat de terremotu ꝫ ꝓpriā opionē. Et diuidit i duas ptes. In pª ponit cāz terremotꝰ. In 2ª manifestat illā cām p signa.ibi.[Propter qḋ fiūt.]De pª pte pmittit duas suppōnes.2º ex eis ꝯcludit cāz terremotꝰ. Pria suppō est: q terra existe hūida pp aquā secū cōmixtā ꝯtigit ipsaz calefieri a sole & ab exhalatioib' in ea iclusis quo existe magna exhalationū q̄titas in ea gñat q̄ aliqñ in ea totalr retinet: aliqñ totalr exteriꝰ egredit:& aliqñ ꝫ ptē retinet:& fm ptē egredit. Vñ dicit.[Sꝫ qm manifestū q [est] necīuz:& ab hūido & a sicco fieri exhalationē sicut dixim' in ꝑoribꝰ necesse [est] his existibꝰ fieri terremotꝰ. Existit eni terra p se qdē sicca:pp imbres aūt hñs in seipaz hūiditatē multā vt a sole:& ab eo igne q [est] in ipa calefacta:mltas qdē spūs [.i. exhalatio] fiat ex & motus fiat intra:& hic aliqñ ꝯtinuus ois fluit extra:aliqñ aūt ois intra retinet:aliqñ enim aūt & partitur [q: pars fluit extra & pars retinetur.

Itaqꝫ si hoc aliter hēre nequeat:qḋ ꝯsis est ꝯsiderandū fuerit nēpe qualenā ex oī corpoꝝ numero vīz mouēdi ꝓcipuū obtineat. Necesse est eni:vt id qḋ lōgissime ꝓgredi natū est atqꝫ vehemētissimū existit,potissimū tale sit. Qḋ igit celerrime fert : id necessario vehemētissimū existit.qppe cum:p celeritate maxime ꝑcutiat. Qḋ vo trāsire p totū maxime pōt:id lōgius ꝓgredi aptū est.eiusmodi aūt est:qḋ tenuissimum est. Quare si nā spūs talis sit:oiuz corporū maxime spūs facultatē obtinet mouēdi.eteniz ignis vbi spiritui admiscetur:fit flamma atqꝫ celeriter fertur.

Si itaqꝫ hoc impole aliter habere:post hoc cōsiderādum vtiqꝫ erit quale maxime motiuū erit corpoꝝ:necesse enī qḋ ad plimū natū ire & vehemētissimū maxie tale esse. Vehemētissimuz quidem igit ex necessitate qḋ cetissime fertur:percutit enī maxime,ppter velocitatez: ad plurimū aūt natuz est pertrāsire qḋ per oē ire maxime pōt:tale autem qḋ subtilissimum: quare si quidez spiritus natura talis : maxime corporū spiritus motiuus.eteniz ignis quādo cū spiritu fuerit fit flāma & fertur celeriter.

Scḋa suppositio est q illud corpus est maxime motiuuz alterius p violētiā ꝯcutiēdo ipꝫ qḋ est subtilissimū:vt ignis vel igneū. Probat.q: corpꝰ subtilissimū est natū velocissime moueri.qḋ aūt est natū velocissime moueri est natū moueri ad maximā distātiā. Sꝫ qḋ est natū moueri ad maximā distātiā ex maxie motiuū alteriꝰ p violētiā ꝯcutiendo ipm.igit &c. Dicit g.[Si ita [est] [ipole h alr [se] hēe. Post hoc vtiqꝫ erit ꝯsiderādū:q̄le [corpus] erit maxie motiuuz] alioꝝ [corpoꝝ.necē eni erit [q id sit corpꝰ] qḋ [est] natū ire ad plimū [.i.ad maximā distātiā] & qḋ est vehemētissimū] idest velocissimū] qdē igit de necessitate maxie tale [corpꝰ] est natū] esse vehemētissimū qḋ citissime fert.ꝑcutit.n.maxime pp velocitatē sui motus:ad plm aūt est natū ptrāsire: qḋ maxie pōt ire p oē [.i.p totū spatiū] tale aūt [est corpus] qḋ [est] subtilissimū. Quare si qdē spūs est nā talis spūs] est] maxie motiuus corporū:eteniz ignis qñ cū spiritu fuerit [ita q sit subtilis] fit flāma & fertur celeriter.]

Igit neqꝫ aqua,neqꝫ terra cā tremoris esse pōt:sꝫ spūs vbi.s.qḋ extra exhalat intro influit.

Nō igit aq̄ neqꝫ terra cā vtiqꝫ erit : sed spūs motꝰ cū intus fuerit & fluxerit q̄rēdo exitum.

Cōcludit ex suppōnibus pmissis cām terremotus dicēs. [Nō igit aq̄ neqꝫ terra erit cā [effectiua terremotus] sꝫ spiritus motꝰ [q erat exhalatꝰ .i. exhalatio] cū intus i terra existis fuerit & fluxerit q̄rēdo exitū.] Intelligēdū pº fm Alber. q exhalatio q̄ eleuat a terra p actionē solis in cā est duorū modorū. Quedā est subtilis q̄ eleuat a supficie terre:& hec exit a terra p porositates eiꝰ & ascēdit ad aerē & mouet ipꝫ: & hec est radix ventorū. Alia aūt est q̄ extrahit de ꝓfundo terre:& hec est grossa nō potēs expirare pp ꝓfunditatē & soliditatē terre:& recipit subtꝰ in terra loca ꝯcaua & dū coartat in meatibus ꝯcauitatū terre facit terremotum. Modus aūt fm eū est talis:qm cū coartat aliq̄ sui gñis:vel diuersi veniēte ad ipsaz & cōprimēte eā agitat in intimis viscerib' terre & hec agitatio ipellit eā in corpus sibi resistēs.vꝫ.terrā & mouet eā:& hic motꝰ dī terremotꝰ. Intelligēdū 2º.q nihil nisi exhalatio pōt facere hꝰ motū terre:q: nō ignis q tm̄ sursum mouet:& nihil ipellit corpa grossa nisi qḋ est mobile ad latꝰ. Silr nec aer q nō mouet nisi moueat:aer autē nō vi mouēs hīcēt in terra nō ꝯtinet tāta aeris q̄titas que possit terrā mouere. Nec aq̄ pt eē cā terremotꝰ:q: tūc nūq̄ fieret terremotꝰ sine aq̄.:ꝯns est flm:q: aliqñ fit terremotꝰ in q̄ nō appet aq̄ sꝫ cinis. Insup illo dato sequeret q locus siccus nūq̄ posset hūectari nisi terra ibi moueret:qḋ pꝫ eē flm:q: locus siccus hūectat & hūidus exiccat absqꝫ motu terre. Silr nec terra:q: terra mouet i terremotu.g̊ nō mouet.pꝫ ꝯna:q: oē qḋ mouet ab alio mouet.7 physico. Amplius terra est tm̄ mobilis deorsū:& supiꝰ dictum est:q oē qḋ ipellit corpora grossa est mobile ad latus.quare &c.

Modus terremotꝰ fm Alber.

T.c.1.& 2.

Vnde fit:vt plurimi maximiqꝫ terremotus celo trāquillo fiant.nā exhalatio que cōtinēs ac ꝑpetua existit:vtplurimum initiū motum sectari solet. Quare: tota simul aut intro aut extra contendit.

Propter qḋ fiūt trāquillitate plures & maximi terremotuū:ꝯtinua autē existēs exhala-

tio ɔ̄sequit̃ vt in pluribus ipetũ principiũ: q̄re aut intus simul: aut extra fertur omnis.

¶ Nũc Aris. manifestat cãm terremotus prius assignatã p signa. quoꝝ pᵐ est ꝙ plẽs maximi terremot⁹ fiũt existẽte trãquillitate: qꝛ tũc exhalatiões q̄ fũt mã vẽtoꝝ in terra retinẽt̃. q̄re tũc ex eis nõ fiũt vẽti: ſ3 terremot⁹. vñ dicit. ⌊Propter qđ plurimi ꝛ maximi terremot⁹ fiũt ⌈existẽte⌊ trãquillitate ⌈cau⸗ sa eã est: qꝛ ſi⌊ exhalatio extis ɔ̄tinua vt in plibus ɔ̄sequitur ipetũ pncipiũ ⌈.i. ptis p̄me mote⌊ q̄re aut ois ⌈.i. tota exhala⸗ tio⌊ sil fert̃ intus ⌈ɔ̄cutiẽdo terrã ꝛ faciẽdo terremotũ⌊ aut ois feratur ⌈simul⌊ extra ⌈faciendo ventos.

¶ Qꝛ aũt aliqui terre mot⁹ flãte ẽt vẽto fiãt, nihil ab⸗ surdũ, nã interdũ plures vẽtos simul flare videm⁹: quoꝝ vbi alter terrã subierit terremotus spirãte vẽ⸗ to accidet minores tñ euadũt hi: propterea ꝙ coꝝ3 causa atq3 principiũ diuisum distractũq3 fit.

¶ Quosdã aũt fieri ꝛ spiritu existẽte nihil irrõna⸗ bile: videm⁹. n. aliqñ sil plẽs flãtes vẽtos: quo⸗ rũ cũ in terra ferat̃ alter erit spiritu intus terre mot⁹. minores aũt hi fiũt magnitudie: pp qđ diuisum est principiũ ꝛ cã ipsorum.

¶ Remouet vnã instãtiã q̄ ɔ̄ nũc dicta fieri posset. nã sepe flãtib⁹ vẽtis facti sũt terremot⁹. Huic rñdet Aris. ꝙ nõ esse inɔ̄ueniẽs qñ exhalatio diuidit: ꝛ vna ei⁹ ps exit de terra ꝛ facit vẽtũ: ꝛ alia ps remanet i terra ꝛ facit terremotũ: ſ3 tũc terremot⁹ est minor q̄ȝ vẽto nõ existẽte: qꝛ fit a minori q̄ntita⸗ te exhalatiõis: ex q̄b⁹ verificat̃ signũ p̄missũ3. ſ. ꝙ nõ exñ⸗ tib⁹ vẽtis fiũt plẽs ꝛ maiores terremot⁹: qꝛ tũc plẽs exhala⸗ tiones i terra retinent̃ q̄ eã agitãt ꝛ ɔ̄cutiũt. Vñ dic. ⌊Nihil aũt irrõnabile q̄sdã fieri ⌈terremot⁹⌊ existẽte spiritu ⌈.i. vẽto. ⌊Videm⁹. n. aliqñ plẽs vẽtos sil ⌈eẽ⌊ flãtes: quoꝝ cũ alter ferat̃ in terrã ⌈.i. intra terrã⌊ erit terremot⁹ intus spũ ⌈.i. vẽto ⌊minores ãt fiũt hi ⌈terremotus⌊ magnitudine pp ⌈hoc⌊ qđ diuisũ est pñᵐ ꝛ cã ipsoꝝ ⌈videlicet exhalatio.

¶ Porro noctu: sepius validiusq3 terra quatit̃. Cum aũt interdiu: id circa meridiẽ accidere solet. nã vtplĩm meridies: partiũ diei trãquillissima existit. qppe sol cu3 maxie euincit: exhalationẽ in terrã dissoluere solitus est. euincit aũt maxie: circa meridiẽ. Itẽ noctes: die⸗ bus trãquilliores pp solis absentiã existũt. Quare rur⸗ sum: intro spũs influit. qño aquarũ influxus: in ɔ̄tra⸗ riã atq3 fluxus ptẽ fieri assolet. Et ppinqua luce: cre⸗ berrime. etenĩ: spũs tũc icipere flare nati sũt. Si ergo flatuũ mitiũ intro Euripi more cõmigeret: pp copiã validissimum excitat terre motum.

¶ Nocte aũt fiũt plẽs ꝛ maiores terremotuũ: q aũt de die circa meridiẽ: trãquillissimũ eni est vt in plib⁹ diei meridies: sol eni cũ maxie obti⸗ neat declinat exhalationẽ in terrã: obtinet aũt maxie circa meridiẽ: ꝛ noctes aũt dieb⁹ trãquil⸗ liores pp abſẽtiã solis. Quare itus fit iteꝝ flu⸗ xus: sicut recursus i ɔ̄triũ ei⁹ q̄ extra diffusiõis: ꝛ ad diluculũ maxime: tunc enim ꝛ spirit⁹ na⸗ ti sunt incipere flare. Si igit̃ intus exiuerit p⸗ mutatũ principiũ ipsoꝝ: sicut euripus: ppter multitudinem fortiorem facit terremotum.

¶ Scdm signũ est ꝙ plures ꝛ maiores terremotus fiũt de nocte q̄ȝ in die: ꝛ coꝝ q̄ fiũt de die plẽs fiũt ꝑ in meridie: ꝛ de⸗ inde in diluculo q̄ȝ in alia hora diei. Vñ dicit. ⌊Nocte aũt plẽs ꝛ maiores fiũt terremotuũ: q aũt de die circa meridiẽ. trãquillissimũ eni est diei vt in plib⁹ meridies: sol eni cũ ma⸗ xime obtinuerit declinat exhalationẽ ⌈.i. eleuationẽ⌊ in ter⸗ rã ⌈.i. sup terrã⌊ obtinet aũt maxime circa meridiẽ: ꝛ noctes aũt dieb⁹ trãquilliores ⌈sũt⌊ pp absentiã solis: q̄re itus fit iteꝝ fluxus ⌈exhalationũ⌊ sicut recursus in ɔ̄triũ ei⁹ diffusionis ⌈ exhalationũ⌊ que ⌈prius in die fiebat⌊ extra ꝛ ad diluculũ ma⸗ xime: tũc eni spũs nati sũt incipere flare. Si igit̃ pñᵐ ipso⸗ rũ intus exiuerit pmutatũ: sicut euripus ⌈.i. spũs circularis de extra ad intus ꝛ de intus ad extra: tũc⌊ pp multitudinem exhalationũ fortiorẽ facit terremotũ. ⌈ ¶ Intelligẽdũ p̄mo ſm Albertũ ꝙ plẽs ꝛ maiores terremotus fiũt de nocte q̄ȝ de die: qꝛ frigiditate noctis pp solis absentiã claudit̃ superfi⸗ cies terre: ꝛ redũdat calor in ea iclusus ad ima q exhalatio⸗ nẽ illic eleuatã multiplicat: q̄ multiplicata exhalationẽ ante se eleuatã opprimit ꝛ coartat: q̄ coartata terrã ɔ̄cutit ꝛ mo⸗ uere facit: cui⁹ ɔ̄triũ fit in die. ¶ Intelligẽdũ 2° ꝙ inter ho⸗ ras diei plẽs fiũt terremot⁹ in meridie vel diluculo q̄ȝ i alia hora: cui⁹ cã est: qꝛ si exhalatio frida ꝛ grossa a qua fit terre motus nõ fuerit multũ in terra ꝓfundata ꝛ fuerit sub loco solido p quẽ trãspirare nõ possit: tũc calor solis adueniens multiplicat eã: ꝛ facit ipam moueri ꝛ facere terremo⸗ tũ ꝛ h vel leui calore diluculi vel forte calore meridiei ſm ꝙ exhalatio fuerit magis vel minus frida ꝛ grossa: ꝛ ſm ꝙ magis vel minus fuerit in terra ꝓfundata. Ex his apparẽt cãe pp q̄s pauciores fiũt vẽti in nocte q̄ȝ in die: ꝛ silr quare pauciores sũt vẽti i meridie seu diluculo q̄ȝ in horis interme⸗ dijs. nã in diluculo pori terre sunt clausi neq3 egrediunt̃ de terra exhalationis q̄ sunt mãe vẽtoꝝ. In meridie xo exha⸗ lationes ɔ̄sumpte sunt q̄ p aerẽ mouebant̃: ꝛ pp solis decli⸗ nationẽ q̄ seq̄t̃ cessant exhalationes a terra eleuari ꝛ pori ipsius incipiunt claudi: quare ꝛc̃.

ciditvtiqz:aut ppt paucitatē exterioris ignis: aut pp multitudinē aque in eo qd optesim patit:tūc eni plus qdem est q̄z vt nō moueat:minor aūt q̄z vt digerat. Quid qdē igit est digestio & indigestio: & pepansis: & omotbes: & epsesis: & optesis: & cōtraria bis dictum est.

¶ Hic determinat de scatēsi dicēs:q molinsis qdē igit est ꝯtrariū pepsi.ei aūt digōni dicte vt optesi est qdem aliqd oppositū.silr aūt min⁹ noiatū.i.nō hz nomē sibi impositū. Erit aūt vtiqz si tale nomē sibi fiat scatensis:sed nō optesis idest digō:sed potius indigestio:ppter defectū caliditatis q̄ accidit vtiqz:aut pp paucitatē exterioris ignis debētis digerere:aut pp multitudinē aq.i.humidi q̄ est in eo:qd patit idest pati dz optesim.tūc eni calor est plus qdē q̄z vt nō moueat.minor aūt q̄z vt digerat.Deinde epilogat & pz. ¶ Dubitat vtrū vermes in stōcho gn̄ent.Arguit q sic. Prio qa vermes aliqn p vomitū eyciunt:qd nō fieret nisi prius fuissent in stōcho gn̄ati. ¶ Secūdo.vermes iterdū stōchū pforauerūt.g̃ pus in ipso gn̄ati fuerūt. ¶ Tertio.aialia q̄ p putrefactionē gn̄ant fiūt ex hūido subtili:q̄le nō est illud qd in itestinis ꝯtinet:sz bn̄ qd ꝯtinet in stōcho:quū g̃ vermes gn̄ent p putrefactionē:seqt q nō in itestinis sz in stōcho generant. ¶ Quarto.aliqn gn̄ant in epate qd est mēbrū nobilius stomacho.ergo etiā in stōcho gn̄ant & pñt generari.

¶ In opp^m est Ari.in lra:q vult q generent in intestinis.

¶ Premittēdū pmo q vermiū q gn̄ant in corpe aialis quidā sunt subtiles & lōgi:q appellant ascarides:& aliqn fūt lōgitudinis vnius cubiti.qdā sunt breues & rotūdi q dicuntur lūbrici:& qdā breues & lati q cucurbitini dicūtur. ¶ Premittēdū scdo q huiꝰ vermes nō gn̄ant ex fece cholerica putrefcā pp eiꝰ calitatē & amaritudinē: nec ex melācholia nāli pp suā friditatē & siccitatem:nec ex mel'ia adusta pp amaritudinē eiꝰ & calitatē:nec ex sanguine:q2 sanguis i epate ꝯtinet:& ab ipso p venas ad alia mēbra trāsmittit.gn̄antur ergo ex hūiditate flegmatica putrefacta: aut ex fece ex cibo p digōnē segregata & in intestinis putrefacta:gn̄ōni vermiū ꝓportionata. Uñ cibi ad illud ꝓportionati fm Albtū sunt fabe faseoli:frumentū coctū:lac crudū:fructus:& olera multe humiditatis.& reliqua talia. ¶ Quibus pmissis rñdetur cū Ari.dicēdo.q in aialibus sanis vermes nō gn̄ant in stōcho in quo est calor nālis fortis sufficiēs ad digerēdum cibū:sed aliqn in intestinis gn̄ant:in qbus calor est debilis: & feces in eis ꝯtēte iterdū putrescūt:ex qbꝰ vermes gn̄ant:q plerūqz postq̄z geniti sunt ascēdūt ad stōchū ad capiendū escā. Uerūtn̄ aliqn in stōcho pōt cibus putrescere:ex quo poterūt in eo vermes gn̄ari.& silr pñt gn̄ari in epate.& maxime ouis.aut pp sanguinis mltitudinē nō bn̄ regulati: aut pp malā epatis q̄litatē:sz h̄ est raro. ¶ Ex qbus rñdet ad rōnes in ꝯtrariū adductas. ¶ Ad pmā & secūdā di:q illi vermes in itestinis gn̄ati fuerūt:& postea ad stōchū ascēderūt. ¶ Ad tertiā di:q cū fecibꝰ est aliqs humor subtilis:ex quo a calore nāli illic repto possunt vermes generari. ¶ Ad q̄rtū de vermibus genitis in epate dictum est.

Utrum vermes in stomacho generantur.

¶ Tractatus secūdi:libri q̄rti.de qbusdā gn̄alibꝰ valētibus ad sequētia:& de duro & molli. Cap.I.

Passiuorum autem m/aridi inquam & humidi/species:dicamus oportet.

Passiuorum autez humidi & sicci dicendum species.

Iste est secūdus tractatꝰ huiꝰ quarti libri. In quo Ari.determinat de passionibus q̄ sunt in corpibus mixtis pncipalr rōne qualitatū passiuarū:& diuidit in quatuor capla. In pmo pmittit quedam gn̄alia determinādo de duro & molli. In 2° ibi[Necesse] determinat de humectatione & exiccatione. In 3° ibi[De liquefactione]determinat de coagulatione & liq̄factione. In 4° ibi[Ingrossant]determinat de coagulatione in cōparatione ad ingrossationē. Primū caplm diuidit in duas partes.pmo pmittit intētionē suā.2° ꝓseqt.ibi[Sūt aūt] Dicit de pº q a nobis est dōm spēs.i.passiones passiuorum.i.passiuarum qualitatū.i.humidi & sicci.

¶ Sunt aūt passiua corpori primordia:humidū atqz siccū.cetera vo/ex hisce tēperata qdē sunt:sed magis huius per nām sunt/ex quo largius.verbi gratia.alia magis sicci:alia humidi.

¶ Sūt aūt pricipia qdē corpoꝝ passiua:humidū & siccū. Alia aūt mixta qdē ex his:cuiusqz aūt magis:huiꝰ magis fm nāz sunt:puta hoc quidem sicci magis:hoc autem humidi.

¶ Proseqt:& duo facit.pmo pmittit qdā gn̄alia:vt illa que sunt ad ꝓpositū suū.2° ibi[Corporaliū aūt]determinat de duro & molli.De pº pmittit sex gn̄alia. Quoꝝ pm̄ est:q pma pncipia passiua corporū nāliū sunt humidū & siccū. Corpora aūt nālia mixta sunt ex his fm magis & minus:& fm hec corpora mixta sunt fm nām.hec quidem magis sicca.hec quidem magis humida.

¶ Hec aūt oia:ptim actu erunt/ptim potētia q̄ actui aduersat.quo pacto:eliq̄tio & eliquabile sese habēt.

¶ Oia qdē hec:hec qdē actu erūt:hec aūt i opposito.hz aūt sicut liquatio ad liquabile.

¶ Secundū est:q corpora dicunt humida vel sicca qn̄qz fm actū:& qn̄qz fm potētiā:sicut metalla & glacies q̄ sūt in actu sicca & poᵃ hūida:& efficiunt actu hūida p liq̄factionē.

¶ Cū aūt humidū facile/& siccū egre difiniant: haud aliter sese q̄z obsoniū & cōdimēta/vicissim hñt. Nā humidū:arido vt definiat cā est.& alterutrū alteri glutinis instar existit.id qd & ipse quoqz Empedocles in naturalibus asseruit:farinā aqua agglutinans. Et ea de causa:definitum corpus vtroqz constat.

¶ Qm̄ aūt humidū & bene terminabile: siccū aūt difficile terminabile:simile aliquid pulmēto & ꝯdimētis:que adinuicē patiunt.humidū enim sicco cā terminari:& vtrūqz vtriqz velut colla fit. Sicut & Empedo.fecit in physicis farinā aque ꝯglutinās:& ꝓpter hoc ex ambobus est terminatum corpus.

¶ Tertiū est.q2 humidū est bn̄ terminabile:& siccū est difficile terminabile.ideo sunt similia pulmēto & cōdimētis: q̄ adinuicē cōmiscent & patiunt.humidum enim cōmixtum sicco est cā ea terminari:& vtrūqz eorū est vtriqz velut colla.sicut Empedocles fecit in physicis:conglutinās farinam aque:& propter hoc ex ambobus.i.humido & sicco est corpus mixtum & terminatum.

¶ Porro:ex omni elementorū genere peculiarissime/terre qdē sicci/aque aūt humidum tribuitur.

¶ Dicunt aūt elemētorū ꝓpriissime:sicci qdē terra:humidi aūt aquea.

¶ Quartū est q de nūero elm̄toꝝ terra ꝓpriissime di sicci & aqua humidi.pz:q2 terra di pmo sicca:& aqua pmo humida fm sensum solum.simpliciter aūt aer est primo humidus. vt habetur secundo de generatione.

¶ Eā ob rē oīa ista definita corpa: nō sine terra τ aq̄ ꝯsistūt. sʒ potētia quoqʒ hui⁹ eē vr: cui⁹ plus habuerit.

¶ Propter hoc aūt oīa terminata corpora hic nō sine terra τ aqua. cuiuscūqʒ aūt plus ſm potentiam huius vnūquodqʒ videtur.

¶ Quintum est: q̄ omnia corpora terminata seu mista non sunt sine terra aut aqua a predominio. τ mixtum qđ plus hʒ de altero illoꝝ videtur esse illius nature.

¶ Quinetiam animantes in terra τ aqua solum sunt: in aere autem τ igni minime: propterea q̄ terra τ aqua corporum materies existunt.

¶ Et in terra τ in aqua aīalia solū sunt. In aere aūt τ in igne nō sunt: q̄ corporū mā̄ hec.

¶ Sextum est: q̄ animalia solū sunt in terra τ in aqua: sicut in suis locis naturalibus in q̄bus quiescunt. In aere autem τ in igne nō sunt sive quiescunt: q̄ materia corpoꝝ animaliuʒ est huius. s. terre vel aque a predominio. ¶ Intelligendum q̄ sicut corpus animalis non componitur ex igne vel aere a predominio ſm molez. sed ex terra vel aqua: vt habeat debitam densitatez sive cōstantiaʒ: sic etiā non locatur nāliter in aere vel in igne: q̄ tunc animal quiesceret naturaliter in aere vel in igne: qđ est falsum. locatur ergo naturaliter aqua vel terra seu supra terram: in quibus aut super quibus naturalr̄ quiescit. ¶ Unde sciendum q̄ duplex est motus animalis. Unus quo mouetur ſm naturā elementi predominantis in eo: τ ille est motus deorsum. Alius est quo mouet̄ ab anima per cognitionē: vt motus volatiōis natationis τ pgressiuus. τ primus est magis nālis q̄ scđs: quia in primo nō est labor nec fatigatio sicut in secundo. ergo τc̄.

¶ Ex corporeis autem affectibus hi, duritia inquam aut mollities primi definite rei competant: est necesse. Nam quod ex arido constat τ humido: duruʒ aut molle necessario euadit.

¶ Corporaliū aūt passionū: has primas necesse existere terminato: duritiē aut mollitiē. necesse eniʒ qđ ex hūido τ sicco: aut duꝝ eē aut molle.

¶ Determinat de duro τ molli: premittēdo primo q̄ corporalium passionū ipsoꝝ mistorum necesse est has primas inexistere corpori misto seu terminato. videlicet: duritiez mollitiez: quare necesse est omne quod est ex humido τ sicco inuicem cōmistis esse durum aut molle.

¶ Est autem durum: quod per summa in sese non refugit. Molle v̄o: quod in sese non obluctando refugit. aqua nāqʒ: haudquaq̄ mollis est. quippe cuius pars summa: compressu intro minime cedat, sed circūobsistat.

¶ Est aūt durū qdē qđ nō cedit in seipm̄ ſʒ superficiez. molle aūt qđ cedit nō ecōtra circūstādo. aqua eni nō mollis. nō eniʒ cedit impressiōi facte in profundum: sed contra circunstat.

¶ Diffinit durum τ molle dicens: q̄ durum est qđ non cedit imprimenti in seipsuʒ ſm superficiem vt lapis. Molle aūt est quod cedit non circunstando extra vt pasta. Ex quo infertur q̄ aqua non est mollis: quia eius superficies exterior non cedit impressioni facte in profundum: sed circunstat extra ipsum imprimens.

¶ Igitur absolute durum aut molle est: quod absolute est eiusmodi. ad aliud v̄o durum aut molle: quod respectu illius tale est. Hec ergo inter sese vicissim collata, idefinita sūt: q̄ magis atqʒ min⁹ dura mollia ve sint.

¶ Simplr̄ qdē igr̄ duꝝ aut molle: qđ simplr̄ tale: ad alterū aūt qđ ad illud tale. Adinuicē qdē igit̄ indeterminata sunt per magis τ minus.

¶ Ponit distinctionem de duro τ molli dicens: q̄ durum τ molle aliquādo dicunt̄ simpliciter: τ aliquando per comparationem ad aliud. τ illa que dicuntur per comparationem ad aliud sunt indeterminata per magis τ minus.

¶ Sed cum sensilia cuncta sensu diiudicentur: nos tam durum q̄ molle simpliciter tactu, eodem veluti mediocritate quadam vtentes definiuisse constat. Quocirca rem omnem que tactum edomat, duram: que v̄o subterfugit, mollem esse dicimus.

¶ Qm̄ aūt ad sensuʒ oīa iudicamus sensibilia. palā q̄ τ duꝝ τ molle simplr̄ ad tactū dterminamus: tāq̄ medietate vtētes tactu. Propt̄ qđ excedēs qdē ipʒ duꝝ: dficiēs āt molle eē dicim⁹.

¶ Ostendit q̄ duꝝ τ molle iudicant̄ a nobis p̄ tactū dicens: q̄ q̄ oīa sensibilia iudicamus p̄ sensū. palā q̄ q̄ duꝝ τ molle sunt sensibilia tactus: q̄ ipsa simplr̄ p̄ tactū determinam⁹: vtentes tactu tanq̄ medietate suoꝝ sensibiliū. p̄p̄ qđ ipsum duꝝ dicimus esse excedēs: molle aūt dicimus esse deficiens. ¶ Intelligēdū q̄ tactus dr̄ medietas qualitatū tangibiliū: q̄ in eius organo hʒ eas in quadā mediocritate τ tēperātia: ſm quā nō percipit eas: sʒ pcipit excellentias. τ durū dr̄ esse excedens: τ molle deficiens: q̄ duruʒ plus hʒ de mā̄ ceteris paribus: q̄ molle: quum sit densius.

¶ Tractat⁹ scđs libri q̄rti: de hūectatiōe τ exiccatione. Ca. II.

Corpus autem omne suo definitum termino: durum sit aut molle necesse est. nam aut in sese cedit: aut nequaq̄.

Necesse autem duruʒ aut molle esse terminatum corpus proprio termino: aut enim cedere: aut non.

Istud est 2m capl̄m huius tractatus: in quo Aristo. determinat de humectatione τ exiccatione: τ tria facit. p̄mo p̄mittit quedā vtilia facientia ad ppositū suū. 2° ibi [Desiccant̄] determinat de exiccatione. 3° ibi [Humectari] determinat de humectatione. Prima adhuc in tria. p̄mo premittit suppositiones. 2° ibi [Propter quod] Infert correl̄m. 3° ibi [Factiuū] remouet dubiū. De p̄ma p̄mittit aliquas suppōnes. Quaꝝ p̄a est: q̄ oē corpus terminatū termino pprio: aut est durū aut molle. pbat̄ ex diffōnibus p̄us datis. Qm̄ molle est qđ ſm supficiē intra se cedit ipellenti. duruʒ aūt q̄ nō cedit. mō omne corpus terminatū termino pprio cedit impellenti vel non cedit. ergo τc̄.

¶ Adhec: concretum sit oportet. hac enim re definit̄. Quare cum res omnis definita atqʒ ꝯsistens vel mollis vel dura sit, cōcretionisqʒ opera euadat eiusmodi: nulla profecto composita definitaqʒ corpora, sine cōcretione esse queunt. Ergo de cōcretione differendū.

¶ Adhuc coagulatū eē: hoc. n. terminat̄. Quare qm̄ qdē terminatū τ ꝯstās aut molle aut duꝝ: hec autem coagulatio sunt omnia: vtiqʒ erunt corpora cōposita τ terminata nō sine coagulatione. De coagulatione igitur dicendum.

¶ Scđa suppositio. q̄ oē corpus coagulatū est terminatū: τ q̄ oē corpus terminatū τ ꝯstās est duꝝ aut molle. τ hec oīa sunt coagulata: ideo oīa corpa cōposita τ terminata erunt non sine coagulatione: quare de coagulatione est dicendum.

¶ Due itaq; sunt cause que circa materiam versari solent: id niquam quod agendi facultatem obtinet et affectus ipse. hic, vt species ac forma: illud, vt id a quo proficiscitur pendetq; motus. Quare et concretionis et dissolutionis et assiccationis et humectationis cause: totidem erunt. Porro ipsum agens, duplici potentia agit: et patiens duabus itidem patitur affectionibus, vti dictū est nā agens: calore agit atq; frigore. at caloris frigoris siue p̄sentia aut absentia: passionē fieri ꝯstat.

¶ Sunt itaq; cause secus materiā due: faciens: et passio. Faciens quidem igitur vt vnde motus. Passio autē vt vnde species. quare et coagulationis et diffusionis: et eius quod exiccari et humectari. Facit aūt faciens duabus virtutibus: patitur passionibus duabus: sicut dictum est: facit qdem calido et frigido. Passio autē aut in presentia aut absentia calidi aut frigidi.

¶ Tertia suppositio: ꝙ cause istarū mutationū. s. coagulationis liquefactionis humectationis et exiccationis: preter materiam: sunt causa efficiens et passio. i. causa formalis: per quā etiā intelligit causa finalis: et faciens facit duabus virtutib⁹: scilꝫ calido et frigido. et patiens patit duabus passionibus per humidū et siccū: q̄m passio fit aut in p̄sentia aut in absentia calidi aut frigidi. ¶ Intelligendū ꝙ passiones siue forme q̄ recipiuntur in misto inducunt a calido aut frigido: et recipiūtur per humidū aut siccū: aut presentia calidi et absentia frigidi: aut absentia calidi et presentia frigidi. Unde metallum liquefit presentia calidi aut absentia frigidi. et coagulat presentia frigidi et absentia calidi.

¶ Sed cum concretio, ferme assiccatio sit: de hac p̄us dicamus. Qđ itaq; patit: aut humidum aut aridum, aut ex vtroq; conflatū existit. Atq; aquā humidi: terram sicci corpus esse statuimus. quippe que inter humida et sicca: maxime passiua sint.

¶ Qm̄ aūt coagulari aut exiccari de his aliquo mō. de hoc dicamus primo. Patiēs itaq; aut humidū aut siccū: aut ex his posita: aut humidum corpus aqua: siccum autem terra. hec aūt humidorum et siccorum passiua.

¶ Quarta suppositio: ꝙ q: coagulari et exiccari aliquo modo est de his. primo dicamus ꝙ patiens est humidum aut siccū aut ex his. Unde aqua est posita esse humidum corpus. terra aūt siccū. he aūt q̄litates humidoꝝ et siccoꝝ sunt passiue.

¶ Quocirca et frigus: passiuorum magis existit. in his enim est. q̄nquidē terrā et aquā: frigere supponimus.

¶ Propter qđ et frigidū passiuoꝝ magis: in his enī est. Etenī terra et aq̄ frigida supponunt.

¶ Infert correlariū ꝙ frigidū est magis de nuō passiuoꝝ q̄ʒ calidū. pꝫ: q: frigiditas est in elītis magis passiuis. s. in terra et aqua: et terra est passiua p siccitatē: et aq̄ p humiditatē ⁊c.

¶ At frigus, actiuū est: quatenus corrumpere aut aliđ quippiam per accidens efficere potest. quemadmodū antea est dictum. nam interdum et vrere et excalfacere dicitur: non tamen perinde vt calor sed quia calorem cogit et in vnum contrahit, aut eidem circum obsistit.

¶ Factiuum aūt frigidū vt corruptiuū: aut s̄m accñs: sicut dictū est prius: aliq̄n enim cōburere dr̄: et calefacere frigidū: nō vt calidū ſʒ insit ducendo aut in cōtra circūstare calidum.

¶ Remouet dubiū q: posset aliquis credere ex dictis ꝙ frigiditas nō esset actiua. et dicit Aristo. ꝙ imo frigidum est factiuum frigiditatis: et corruptiuū caliditatis. Est aūt factiuū caliditatis per accidens: sicut prius dictum est. Unde aliq̄n frigidum dicit comburere et calefacere: nō vt frigidum p se sed per accidens: et per antiparistasim ducendo calidum insimul: et vniendo ꝑpter circūstare iuxta calidum.

¶ Que aūt aqua et aque spēs sunt aut aquā siue aduentitiā siue insitā hñt: siccescūt. Aductitiā eā voco: que in lanā sese isinuat. Insitā: quā lacte⁹ humor hꝫ. Aque v̊o spēs sūt huiusmodi: vinū, vrina, serū, et oīno q̄cūq; nullum aut certe paucum sedimen, nec id tenacitatis ratione habent. nam tenacitas: in causa est vt quibusdam nihil subsideat. id quod: oleo et pici accidit.

¶ Desiccant autem quecūq; sunt aqua et aque species: aut habent aquam siue superinductā siue connālem. Dico aūt superinductā quidē velut in lana. Connaturalem aūt velut in lacte. Aque aūt species que talia: vinū: vrina: serum: et totaliter quecūq; nullam aut paruam habēt hypostasim: non ꝑpter viscositatem. Quibusdam enim causa non substandi aliquid viscositas: sicut oleo aut pici.

¶ Determinat de exiccatione. et duo facit. q: primo ostendit que sunt desiccabilia. scđo ibi [Desiccantur] Ostēdit que sūt desiccatiua. ¶ Dicit de p̄ma: ꝙ desiccant quecūq; sūt aque species. aut habent aquā siue superinductam siue connaturalem: superinductam quidem sicut in lana. connaturalē aūt sicut in lacte. Aque autem species sunt: vinum: vrina: serum: et vlr̄ quecūq; aut nullam aut paruam habent hypostasim seu residentia nō ꝑpter viscositatem. nam quibusdā causa non sustentandi aliqđ est viscositas: sicut oleo aut pici.

¶ Siccent autē omnia: dum aut calefiunt aut refrigerantur. vtrūq; tamen: calor vel internus vel externus committere assolet. Etenim que frigore siccent perinde vt vestis si cum humida est seorsim ipsa per se maneat ab interiori calore humorem secum educente resiccari solent si humor exiguus sit calore ob circunfusum frigus egrediente. Siccent igitur vniuersa: dum vel calefiunt vel refrigerantur. que omnia: calore vel interno vel externo humorem secum educente fiunt. externo vt elixa: interno vt cum humor a calore quē in sese cōtinet respirante eximitur absumiturq;. Dictū est igitur: de assicatione.

¶ Desiccant autem oīa: aut calefactiua: aut frigefactiua: ambo aūt calido et ab interiori caliditate: aut ab exteriori. Etenim que infrigatiōe siccantur sicut vestimentū si fuerit separatum ipsum s̄m seipsum humidum: ab interiori calido simul euaporare faciente humidū desiccat: si paucum fuerit humidum exeunte caliditate a circunstante frigido. Desiccant quidē sicut dictum est oīa: aut calefacta: aut frigefacta: et omnia calido aut interiori aut exteriori coedu-

cente humidum. dico autem extra quidem: sicut que elixant̃. intra autem quãdo ablato a caliditate quã h3 ɔsumptũ fuerit expirante. De siccari quidem igit̃ dictum est.

¶ Ostendit que sunt siccatiua dicẽs ꝙ omnia calefactiua aut frigefactiua desiccantur calido vel frigido: ꝛ calido: vel interiori vel exteriori. si aũt siccantur frigido sicut vestimentũ3 desiccatur: si eius humidũ fuerit fm seipsum ab eo separatũ a calido interiori faciente humidum euaporare. ꝛ maxime si paucũ fuerit caliditate existente fortificata per antiperistasim. i. frigido circunstante. Ex quibus patet ꝙ illa que exiccant̃ a caliditate: quedã exiccant̃ a caliditate extrinseca sicut elixata. quedã exiccant̃ a caliditate intrinseca expirãte: ꝛ secum humidũ educente: donec fuerit consumptum.

¶ At humectatio/ vno quidẽ3 modo accidere solet: cũ quid in aquam consistit. Altero: cum id eliquatur qđ prius concreuerat. Horum autem est: spiritus qui in aquam frigore densatur.

¶ Humectari quidem enim est vnum quidem aquam fieri constantem: vnum autẽ liquefieri coagulatam. Horu3 autem constat quidem in aquam frigefactus spiritus.

¶ Determinat de humectatione dicẽs ꝙ fit dupl'r. Uno mõ per inspissationem factã a frigido: sicut qñ vapor inspissat̃ in aquã. Alio mõ per liquefactionem factã a calido. sicut cũ glacies a calido liquefit. Unde hoꝝ spũs. i. aer seu vapor frigefactus constat seu inspissatur.

¶ Tractatus secundi. libri quarti. de liquefactione ꝛ coagulatione. Capitulum. III.

De eliquatione autem pariter atq3 concretione: perspicuum euadet. Quecũq3 autem concrescunt: cum aut ad aquam aut ad terram ꝛ aquam spectent concrescere/ idq3 vel frigore vel calore sicco assolent.

De liquefactione autẽ simul: ꝛ de coagulatione erit palam. Coagulantur aũt quecũq3 coagulant̃: aut existentia aque: aut terre ꝛ aque. Et hoc aut frigido: aut calido: aut sicco.

Istud est tertiu3 capitulũ huius tractatus: in quo Ari. determinat de liquefactione ꝛ coagulatione ꝛ duo facit. pmo premittit intentionem suã. scdo ibi [Coagulari] psequit̃. ꝛ duo facit. qꝛ pmo determinat de coagulatione. scdo de liquefactione. ibi [Quecũq3] De pma pmo determinat de coagulatione in generali. scdo in speciali. ibi [Quecunq3 qdẽ3 igitur sunt.] De pma pmo ostendit que coagulãtur. scdo infert correlarium. tertio remouet dubiũ. De pma dicit ꝙ coagulabilia sunt vel que sunt de natura aque solu3: vel de natura aque ꝛ terre: ꝛ hec coagulãtur a calido aut frigido: aut sicco. ¶ Intelligendũ ꝙ mista que sunt de natura ignis vel aeris nõ coagulantur ꝓpter suam subtilitatem: sed solum que sunt de nã aque vel aque ꝛ terre: rõne tñ aque: ꝛ hoc a calido vel frigido per se: ꝛ a sicco per accidens ratione caloris: ab humido nõ fit: qꝛ tenet se ex pte mãe. Unde vinũ ꝛ vrina ꝛ que sunt de nã aque coagulantur a frigido: lateres aũt qui sunt de nã aque ꝛ terre coagulantur a calido.

¶ Quocirca ꝛ quecunq3 calore vel frigore concreta/ soluuntur: contrarijs solui solent. Nam que calore sicco cõcreuere: aqua soluuntur que humor algidus est. que võ frigore: igni/ qui calidus existit.

¶ Propter qđ ꝛ resoluuntur ɔtrarijs quecũq3 soluuntur a calido coagulatoꝝ: aut a frigido. Que quidẽ enim a sicco calido coagulata sunt ab aqua soluuntur que est humida.

¶ Infert correlariũ dicens: ꝙ quecũq3 coagulatoꝝ coagulãtur a calido aut frigido resoluuntur a suis ɔtrarijs. Unde q̃ a calido sicco sunt coagulata ab aqua: siue frigido ꝛ humido soluuntur vt sal. que autẽ a frigido coagulantur liquefiunt a calido vt glacies: qꝛ cõtrarioꝝ effectuu3 ɔrie sunt cause: mõ coagulatio ꝛ liquefactio sunt effectus contrarij.

¶ At nonnulla aque beneficio concrescere videantur/ quod genus est mel decoctum: verum id nõ ab aqua/ sed a frigore aque indito prouenit.

¶ Coagulari autẽ quedam vtiq3 putabunt̃ ab aqua: vt mel elixatum: coagulatur autẽ non ab aqua sed ab eo qđ in ipsa frigido.

¶ Remouet dubium. putabant enim aliqui ꝙ mel elixatu3 in aqua coagularet̃ ab aqua inquantu3 humida: ꝛ dicit Ar. ꝙ nõ: sed coagulatur a frigiditate que est in ipsa. ¶ Intelligendum ꝙ ab humiditate non fit coagulatio: sed potius dissolutio: a siccitate autem potest fieri partialiter coagulatio. Unde aliqua coagulãtur a calido sicco que a solo calido nõ coagulantur vt patet de sale.

¶ Que igitur ad aquam spectant: feruore ignis cõcrescere nequeunt. nam ab igni soluuntur. Idẽ autẽ: eidẽ fm idem contrarij causa nõ est. Adhec: qꝛ calor egreditur/ res cõcrescere solent. Unde fit: vt quia ingreditur/ resolutionem fore constet. Quare agente frigore res cõcrescunt coguntur q3.

¶ Quecũq3 quidẽ igit̃ sunt aque nõ coagulantur ab igne: soluuntur enim ab igne. Idem aũt eidem per se nõ erit causa cõtrarij. In abscedẽdo autẽ calidũ coagulat̃: quare palã ꝙ igrediẽdo soluet̃: quare ingrediẽte frigido coagulat̃.

¶ Determinat de coagulatione in speciali. ꝛ tria facit: qꝛ pmo ostendit a quo coagulantur illa que sunt de natura aque. secũdo ostendit quare illa non ingrossantur. tertio ostendit a quo coagulãtur illa que sunt de natura terre ꝛ aque. scda ibi [Propter qđ] ibi tertia [Quecũq3 aũt communia] Dicit de prima ꝙ illa que sunt de natura aque nõ coagulant̃ ab igne. patet: qꝛ liquefiunt ab igne: ꝛ idem nõ est per se causa contrariorum. Unde illa que sunt de natura aque recedente calido coagulantur: quare pala3 erit ꝙ ingrediente calido soluent̃: ꝛ ingrediente frigido coagulantur.

¶ Quocirca: eiusmodi omnia cum concrescunt haudquaq3 spissari solent. Nam cum partes humide euanescunt ꝛ sicce coagmentantur: spissatio oboriri assolet. sola aũt ex humidorũ genere aqua: nõ spissatur.

¶ Propter qđ ꝛ nõ ingrossantur talia coagulata: ingrossato enim humido quidẽ abeunte sic: sicco autem constante. Aqua autem humidorum non ingrossatur sola.

¶ Ostendit quare talia coagulata non ingrossantur dicẽs ꝙ ingrossatio fit abeunte seu recedente humido: sicco autẽ constante mõ inter humida sola aqua nõ ingrossat̃. ꝛ simil'r que sunt de eius nã. ¶ Intelligẽdũ ꝙ cũ aqua sit simplex ꝛ vniformis nõ põt igrossari ꝑ recessu3 partiũ humidaꝝ ꝛ remanentiũ partiũ siccaꝝ: põt tñ ꝛ frigiditate congelari.

¶ At que telluri et aque cõmunia sunt: tam igni quam frigore cõcrescunt. Atqz ab vtroqz spissantur. quod partim eodem modo: partim diuerso fieri solet. A calore quidem: qui humorem educit. nam euaporante humore: pars arida spissatur atqz cõsistit. A frigore vero: qd calorem exprimit discurritqz quo cum dum euaporat simul humor abit. Quecũqz igitur mollia sunt/ sed nõ liquida: abeunte humore non spissantur sed cõcrescũt vt fictile coctum. At e mistorum numero quecũqz liquida sunt ceu lac: spissantur. Pleraqz autem et humefiunt prius: nimirum que frigus ante spissa durave reddiderat. quemadmodum et fictile: dum coquitur primũ euaporat atqz mollinsculum redditur. Ob idqz: in furnis peruerti assolet.

¶ Quecũqz aũt cõia terre et aq̃: et ab igne coagulãtur et a frigido. Ingrossantur aũt ab ambobus: est qdem vt eodez modo: est aũt vt aliter. A calido qdem humidũ educente. euaporante enim humido ingrossatur siccum et constat. A frigido autez calidũ exprimente cũ quo humidũ recedit simul coeuaporãte. Quecũqz quidem igit mollia: sed nõ humida: nõ ingrossantur sz coagulant exeũte humido: velut assatus later. Quecũqz aũt humida mistorũ et ingrossant: velut lac. Multa aũt et humectantur primo: quecũqz aut grossa: aut dura: aut frigida preextiterint entia: quemadmodum et later. primo dũ assatur vaporat et mollior fit. Propter qd et vertitur in caminis.

¶ Nunc ostendit a quo coagulantur illa que sunt de natura terre et aque: et dicit primo q illa que sunt cõmunia terre et aque coagulantur a calido et a frigido: et similiter ingrossant ab ambobus: sed diuersimode. a calido quidẽ educente humidũ: euaporante enim humido siccum constat et ingrossat. a frigido autẽ exprimente calidum: cum quo humiduz euaporans simul recedit. ¶ Scdo dicit q talia cõmunia terre et aque que sunt mollia: sed nõ humida a calido coagulantur exeunte humido: sed nõ ingrossantur: velut later assatus: sed quecũqz istorũ sunt humida non solũ coagulantur: sed etiam ingrossantur vt lac. Et iterum redeundo ad illa cõmunia terre et aque que sunt mollia et nõ humida notabiliter dicit. q a calido in principio humectant: cum prius fuerint grossa: aut dura: aut frigida: velut later in principio dum assatur euaporat humidum: propter qd mollior fit et vertitur in caminis: siue in fornace vt melius excoquatur.

¶ Igitur ex hisce que cuz terre et aque communia sint: plus tamen terre habeant frigoris opera cõcrescunt: que ideo concrescere solent q calor egrediatur/ ea calore liquefieri/ eodem scilicet rursum ingrediente: assolent. veluti coenum: vbi in gelu cõcreuit.

¶ Quecũqz quidez igitur a frigido coagulant cõmuniũ terre et aque: plus aũt habentiũ terre: que quidẽ inde calidũ egrediendo coagulãtur hec liquefiunt calido: ingrediente iterũ calido: velut lutum cum congelatum fuerit.

¶ Hic determinat de liquefactione. et primo eorũ que fuerunt coagulata a frigido. scdo eorum que fuerunt coagulata a calido sicco. ibi scda [Quecũqz aũt sicco.] Prima adhuc diuiditur: qz primo facit qd dictuz est. scdo inducit in quibusdã coagulabilibus a frigido q liquefiunt a calido: de quibus tamẽ minus videtur. ibi [Liquescit] Dicit de primo q omnia que sunt de natura terre et aque: plus tamen habentia terre que coagulantur calido egrediẽte a frigido: et pro parte humidũ educẽte ista liquefiũt calido ingrediẽte: sicut lutũ cũ coagulatũ fuerit a frigido liquefit a calido humidũ induratũ soluẽte.

¶ Que autem ob refrigerationem et quia simul vniuersus calor euaporauit concrescunt: ea solui non nisi caloris exuperantia queunt sed mollescere solent/ vt cornu atqz ferrum.

¶ Quecũqz autẽ pp infrigidationẽ et calido sit educto oino: hec isolubilia sũt nisi superabũdãti calitate: sz mollificant velut ferrũ: et cornu.

¶ Dicit q suprascriptorũ mixtorũ que a frigido coagulantur calido simul totaliter educto ipsa efficiuntur insolubilia: nisi a superabundanti caliditate soluantur: sed bene mollificantur: sicut ferrum et cornu: et causa est fortis cõmixtio humidi cũ sicco facto ab excellenti frigido: aut pp humidi viscositatẽ ptes sicci fortiter tenẽtis. primum est in fero. scdm est in cornu.

¶ Liquefit autem et ipsum quoqz elaboratum ferrum: adeo vt liquidum reddatur/ et rursum concrescat. Nec secus: calibem facere consueuere. ferri nanqz fex: subsidet atqz in imum secernitur. Ubi autem sepe defecatum fuit/ ac purum mundumqz euasit: fit calibs. Sed id nequaq̃ sepe agunt: propterea q dum repurgat/ substantie plurimũ defluit/ libramentumqz minus efficitur. At ferrũ: eo pstantius est/ quo minus hz excremẽti.

¶ Liquescit et laboratũ ferruz vt humiduz fiat et iterum coaguletur: et calibes faciunt sic. Subsidet enim subtus et purificat scoria: cum autẽ sepe patiat et purum fiat hoc calibs fit: non faciunt aũt sepe ipsum pp absentiaz fieri multam et pondus minus purificari. Est autez melius ferrum qd hz minorem purificationem.

¶ Hic inducit in quibusdã congelatis a frigido q liquefiunt a calido: de quibus tamen minus videt. et primo hoc ostẽdit in ferro dicẽs: q ferrum laboratũ per excellentem eius calefactionem liquescit. vt fiat humidum et fluidum: et iterum frigefactum coagulatur: et sic sepe faciendo ferrũ purificatur et calibes fiunt: subsidet enim subtus scoria seu pars terrestris et fecalis: propter qd artifices nõ sepe purificant ferruz separãdo scoriaz ab eo: qz ex illo multum diminuitur et in pondere minorat et ferrum qd minorez hz purificationẽ est melius: cum nõ sit ita frangibile propter ipsum habere plus de humido viscoso partes sicci firmas tenente: qd humidũ per ferri purificationem cõsumitur et diminuitur.

¶ Item et lapillus ille quem Pyrimachum vocant: in tantũ eliquari vt stillet fluatqz/ assolet. Qd aũt cõcreuerat: vbi fluxerit/ rursum durescere solet.

¶ Liquescit autẽ et lapis pyrimachus vt stillet et fluat: quod autem coagulatur cum fluxerit iterum fit durum.

¶ Inducit autem idem in quodã genere lapidum dicens: q lapis pyramicus liquefit a calido vt fluat sicut aqua qui dũ fluxerit iterũ a frigido coagulatur et fit durus.

¶ Quinetiam lapides molares: adeo colliquescunt vt diffluant. Ceterum dum id qd concreuerat fluit: tametsi

colore est atro/calcis tamen in modum albicat. Porro tam tellus q̃ cenum: liquefieri possunt.

¶ Et mole liquatur vt fluat. Fluens autẽ coagulatum: colore quidem nigrum: simile autem fit calci. Liquescit autẽ ⁊ lutum ⁊ terra.

¶ Addit etiam de plumbo s̃m translationẽ antiquã q̃ a calido fit mole ⁊ liquescit ⁊ fit fluens ⁊ multe lucidıtatis ꝓꝑ partes raras esse ⁊ multũ lumen reflectere: postea vero a frigido coagulat̃ ⁊ fit nitrum colore ⁊ simile calci propter eius inspissationem ⁊ minorem luminis reflexionem: ⁊ subdit q̃ lutum ⁊ terra humiditati commixta a frigido coagulata liquescit a calido ⁊c̃.

¶ Eorum autem que calore arido coguntur: quedam humoris vi solui nequeunt/quedã queunt. Fictile igitur ⁊ nonnulla lapidum genera qui terra feruore ignis decusta sunt/veluti mole: solutionem haudquaq̃ admittunt. At sal atq̃ nitrum/humore soluuntur: nõ tñ quolibet/sed algido. Et ideo aqua ⁊ aque generibus omnibus/preter q̃ oleo: eliquari consueuere. nam calori arido: frigus humidum aduersatur. Ergo si alterum coegit: resoluet alterum. Ita enim: contrariorum effectuum contrarie erunt cause.

¶ Quecũq̃ aũt a calido sicco coagulantur: hec insolubilia sunt q̃dem: hec aũt soluunt̃ humido. Later q̃dẽ igit̃ ⁊ lapidũ quorũdã genera: quecũq̃ ab igne terra cõbusta fuerit: velut molares isolubilia. Nitrũ aũt ⁊ sales solubilia humido: nõ omni aũt sed frigido. ꝓpter q̃d aque ⁊ quecũq̃ aque species liquescũt calido: frigido aũt nõ liquescunt. Sicco enim calido cõtrariũ frigidũ humidũ: si ergo coagulauit alterũ: alterũ soluit. Sic. n. ꝯtraria erũt cãe ꝯtrariorũ.

¶ Hic Aristo. determinat de liquefactione eorũ que fuerũt coagulata a calido sicco: ⁊ vult q̃ eorum que fuerunt coagulata a calido ⁊ sicco: quedam sunt insolubilia ꝓpter defectũ humiditatis: ⁊ quedam sunt habentia humiditatẽ solubilia ab humido frigido. Insolubilia sunt vt lateres ⁊ quedam lapidum genera que fiunt ab igne ex terra combusta vt molares: nitrum autem ⁊ sales sunt solubilia ab humido: nõ enĩ omni sed frigido: ꝓpter q̃d aqua ⁊ aque species liquescũt calido: cum fuerint coagulata a frigido: frigido aũt non liquescunt: q̃ siccũ ⁊ calidum contrariantur frigido ⁊ humido: ⁊ si vnum contrariorũ coagulauit/alterum soluit: q̃ cause cõtrarie sunt cause effectuum contrariorum.

¶ Tractatus secundi: libri quarti: in quo determinat̃ de coagulatione in cõparatione ad ingrossationem. Cap. IIII.

Que igitur plus aque habent q̃ terre: igni solummodo spissari possunt. que vero terre: concrescere. Quocirca nitrum/sal/fictile/lapis: ad terrã potius q̃ ad aquã spectant.

Ingrossantur q̃dẽ igit̃ ab igne solũ: quecũq̃ aque plus habent q̃ terre: coagulantur aũt quecũq̃ plus terre. Propter q̃d nitrũ ⁊ sales terre sunt magis: ⁊ lapis: ⁊ later.

Istud est 4m capitulũ huius tractatus: in quo Arist. determinat de coagulatione in cõparatiõe ad ingrossationem: ⁊ diuidit̃ in tres partes. In p̃ma ostendit quõ coagulatio ⁊ ingrossatio fiunt a calido. In scḋa ostendit quõ in diuersis diuersimode fit ingrossatio ⁊ congelatio. In tertia remouet dubium. ibi scḋa [Quecũq̃.] ibi tertia. [Adhuc autem.] Prima in duas. p̃mo ꝓponit dubium. scḋo remouet. ibi [Maxime autẽ.] De p̃ma dicit q̃ ab igne ingrossantur solũ quecũq̃ plus habent aque q̃ terre. Coagulant̃ autem quecũq̃ plus habent terre q̃ aque: propter q̃d nitrũ ⁊ sales terre sunt magis ⁊ lapis ⁊ later.

¶ Olei autem natura: per q̃ ambigua existit. Nam si plus haberet aque: vt a frigore glaciei modo cogeretur/oporteret. sin vero terre: ab igni perinde vt fictile. nunc autem: a neutro cogi/sed e regione ab vtroq̃ spissari videtur.

¶ Maxime aũt dubiũ h̃z olei natura: si quidem eniz aque oportebat coagulari a frigido vt glacies: si ãt terre plus ab igne vt later: nũc aũt coagulat̃ q̃dẽ a neutro. Ingrossat̃ ãt ab ambobus.

¶ Mouet dubium de oleo dicens: q̃ maxime habet dubiũ olei natura. Utrum sit de natura aque a predominio vel terre. Et p̃mo videt̃ q̃ nõ sit de natura aque: q̃ si sic tunc coagularetur a frigido sicut glacies. nec de natura terre: q̃ tunc coagularetur ab igne sicut lac. ꝯñs aũt est falsum pro vtroq̃ pte: q̃ a neutro coagulat̃: sed ingrossat̃ ab ambobus.

¶ Cuius rei causa est: q̃ aere refertum sit. Quapropter ⁊ aque per summa insidet. etenim aer quem continet: sursum versus effertur. Frigus igitur/dum e spiritu q̃ inter oleum est aquaz elicit: oleũ spissescere facit. semper enim vbi aqua ⁊ oleum permista fuerint: quippiaz vtroq̃ spissius oriri assolet. Ab igni autem tractuq̃ temporis: albescit crassescitq̃. albescit quidem: aqueo humore si quis insit/euaporante. crassescit vero: q̃ marcescente calore/aer in aque vicẽ transeat. Utroq̃ igit̃ ex parte/atq̃ eandem ob causam verum non eodem modo: eadem oritur affectio. Ergo/opera vtriusq̃ spissari assolet.

¶ Cã aũt est: q̃ plenũ est aere. ꝓꝑ q̃d ⁊ in aqua supernatat. eteniz aer sursuz. Frigidũ. n. ex ieci stente spiritu aquã faciens ingrossat: semꝑ enĩ cum mista fuerint oleũ ⁊ aqua: ambobus fit grossius. Ab igne aũt tempore ingrossat̃ ⁊ albescit. Albescit q̃dẽ euaporãte aqua si q̃ inerat. Ingrossat̃ aũt ꝓptereã q̃ marcescente calido ex aere fit aqua. Utroq̃ q̃dẽ igit̃ mõ eadem fit passio: ⁊ ꝓpter idem: sed nõ eodem modo. Ingrossatur quidem igitur ab ambobus.

¶ Soluit ostendẽdo cuius nature est oleũ: ⁊ qualiter ingrossatur a calido ⁊ a frigido ⁊ a neutro coagulatur. Dicit ergo q̃ causa huius est: quia oleum plenum est aere. ꝓpter quod supernatat in aqua: quia aer fertur sursum. Unde oleum ingrossatur a frigido: q̃ frigidum conuertendo aerem in oleo existentem in aquam ipsũ ingrossat: q̃ñ semper mixtũ ex oleo ⁊ aqua fit grossius ambobus. Ingrossat̃ etiam a calido ⁊ albescit in tempore longo: albescit quidẽ euaporãte aqua. Ingrossatur autem ꝓpterea: q̃ marcescente calido seu diminuto: aut superueniente frigido ex aere fit aqua. vtroq̃ quidem igitur modo. s. a frigido ⁊ a calido eadem fit passio. vz. ingrossatio: ⁊ ꝓꝑ idẽ sed nõ eodẽ mõ: q̃ a frigido per se ⁊ a calido per accidẽs: oleũ ergo ab ambobus ingrossatur.

¶ At neutro tamen assiccatur. siquidem neqȝ solis calor neqȝ frigus oleum assiccare potest: non modo quia tenax lentumqȝ sit, sȝ etiā quia aeree sortis existat. Aqua vero ab igni nec assiccatur nec decoquitur: quia tenacitatis ratione in fumum euanescere nequeat.

¶ Desiccatur aūt a neutro: neqȝ enim sol: neqȝ frigus desiccat: nō solū aūt quia viscosum: sed et quia aeris est. Nō desiccatur aūt aq̄: et neqȝ exiccata elixatur ab igne: quia nō euaporat ꝓꝑ viscositatē.

¶ Hic ostendit: quare oleū nec a calido nec a frigido coagulatur dicēs: quia neqȝ sol neqȝ frigus desiccat seu coagulat oleū nō solū quia viscosuȝ est: sed ēt quia est de nā aeris. Unde aqua in oleo existēs nō coagulatur neqȝ elixatur ab igne: quia nō vaporat ꝓꝑ viscositatē. ¶ Intelligendū quia oleū neqȝ a calido neqȝ a frigido pōt pfecte coagulari: cuius due cāe ab Ar. assignantur. Quarū vna est viscositas: rōne cuius oleū nō est bñ passibile ab illis. Alia cā est: quia oleū a pdominio est de nā aeris: modo aer nō pōt exiccari: aq̄ ēt virtualr in oleo existēs exiccari nō pōt p euaporationē a calido ꝓpter eius viscositatē.

¶ Que aūt terra tēperantur et aqua: ea iuxta vtriusqȝ copiam nuncupentur opȝ. est enim vini genus qddā: quod decoquitur atqȝ concrescit, ceu mustum. Humor aūt aqueus ab omnibus eiusmodi: dum inarescunt exire solitus est. Qz aūt aqua insit: indiciū est. nam vapor: in aquā cōsistit si quis colligere velit.

¶ Queciīqȝ aūt mista terre et aque: sm pluralitatem vtriusqȝ dignū dici: vinuȝ qddam et coagulatur et pepsim patitur velut mustū. Abscedit aūt ab oibus talibus dum desiccatur aqua. signū aūt quia aq̄: vapor eniȝ constat in aquā siqs velit colligere: quare qbuscūqȝ relinquitur aliqd h terre.

¶ Ostendit quō in diuersis diuersimode fit ingrossatio et coagulatio. et tria facit. pmo ostēdit que ingrossantur et coagulantur a calido. scdo ostendit que ingrossantur et coagulantur a frigido. tertio reuertitur ad ea que igrossantur a calido. ibi 2ª [Quedaȝ aūt] ibi 3ª [Queciīqȝ aūt.] Dicit de pma quia quecūqȝ mista sunt ex aqua et terra sm passibilitatē reductionis illoruȝ elementoꝝ ad mediuȝ coagulantur: et silr ingrossantur a calido. Unde qddaȝ vinū velut mustum coagulatur et pepsim patitur a calido: quia per eius ebullitionē ab eo: et oibus talib⁹ abscedit et desiccatur aqua. cuius signuȝ est: quia si qs super vas bulliens ponat obstaculū vapor cōstabit in aquā et in vase relinquentur partes terrestres et grosse. ¶ Intelligendū quia mustū rōne sicci pōt coagulari: et rōne humidi potest ingrossari.

¶ Quare qbuscunqȝ quippiā remanet: id profecto terrene sortis existit. Porro: ex hisce nōnulla frigoris ēt vehemētia (vti diximus) crassescunt assiccanturqȝ. frigus siquidem: nō mō cogit et desiccat verūetiā incrassat. nā aquam quidem assiccat: aerē autē cum aquam ex eo elicit crassescere facit. Concretionē vero: assiccationem quandā esse diximus. Que igitur frigore spissari nequeunt sed cōcrescere: ad aquā potius spectant. qd genus sunt: vinum, vrina, acetum, lixiuium, serum.

¶ Quedā autem horuȝ: et a frigido: sicut dictū est: ingrossantur et desiccantur: frigidū enim non solū coagulat: sed exiccat qdeȝ aquā: ingrossat autē aerem aquā faciens. Coagulatio aūt dicta est qdā desiccatio exīs. Quecūqȝ qdē igitur non ingrossantur a frigido: sed coagulantur: aq̄ sunt magis: velut vinū: vrina: acetū: et lixiuiū: et serū.

¶ Ostendit que ingrossantur et coagulantur a frigido dicens: quia quedā horū et a frigido: sicut dictū est: ingrossantur et desiccantur. i. coagulantur: quia frigidū nō solū coagulat: sed exiccat qdē aquā: siue coagulat: ingrossat aūt aerē ex eo faciēs aquā: congelatio aūt est dicta existens quedaȝ desiccatio. Deinde subdit dicens. Quecūqȝ qdē igitur nō ingrossantur a frigido: sed coagulantur magis sūt aq̄ velut vinū: vrīa: acetū: lixiuiū: et serū.

¶ At eorum que cum ignis non euaporent, feruore tamen ignis crassescunt spissanturqȝ: quedā terrena sunt, quedam cōmuniter ad aerē et aquā pertinent. mel qdē ad terram: oleū vero ad aerem et aquam. At lac et sanguis: vtriqȝ aque et terre cōmunia sunt. sed magnā ex parte plus terre ꝯtinēt: perinde vt et humores illi vnde sal atqȝ nitrū fiūt. ex qbusdā aūt talib⁹: lapides ꝯstitui solent.

¶ Quecūqȝ aūt ingrossantur nō euaporantia ab igne: hec qdem terre: hec aūt cōmunia aque et aeris: mel qdē terre: oleū aūt aeris. Sunt aūt et lac et sanguis: amborū qdē cōmunia et aq̄ et terre: magis aūt que multa terre: quēadmodū ex qbuscūqȝ humidis nitrū fit et sales et lapides aut ex qbusdaȝ constant talibus.

¶ Hic reuertitur ad ea que igrossantur a calido. et duo facit. pmo hoc. scdo declarat quedā. ibi [Propter qd.] Dicit de pma quia quecūqȝ nō euaporātia ab igne ingrossantur: quedā sunt de nā terre: quedā aūt de nā terre et aeris. Unde mel est terre a predominio: oleū aūt terre et aeris: lac aūt et sanguis sūt cōia aq̄ et terre: sȝ magis sint terre: cum ex humidis generentur: quēadmodū nitrū et sales et lapides ex rebus humidis constant et generantur: et tñ sunt terre a pdominio. ¶ Intelligenduȝ quia lac et sanguis sūt de nā terre a pdominio: et pōt declari p sigᵐ: quia ex ipsis res terrestres gnānt. s. ossa nerui et cartilagines.

¶ Quocirca serū nisi sequestratū sit: cū decoctionem subit calore ignis decuritur. terrena vero portio: si qs aliquātulū decoxerit, vti medici ingesto coagulo faciūt, vi quoqȝ coaguli in caseum densari cōsueuit atqȝ ad hunc modū: a caseo serū sequestratur. Cum vero sequestratū est: haudquaqȝ preterea crassescit, sed aque mō decuritur. Qz si lac aliqd nihil aut parum habeat caseī: ad aquā potius spectat, atqȝ nullatenus alit.

¶ Propter qd et si nō separetur serum exuritur ab igne decoctum: qd aūt terrestre constat et a coagulo si aliqliter decoquat qs sicut medici coagulum imponentes: sic autem separatur serū et caseus: separatum aūt serum non adhuc ingrossatur: sed exuritur sicut aqua. Si autē aliquod lac non habeat caseum: aut paucum hoc magis aque et indesibile.

¶ Declarat quod dixit. et pmo de lacte. scdo ibi [Et sanguis.] Ideȝ facit de sanguine. Dicit de pma quia lac sit terreū a predominio: pȝ per hoc signū: quia si a lacte nō separetur serū: et ad fortē ignē decoquatur exuretur serū. i. cōsumetur: et caseus qui est pars terrestris cōstabit et remanebit. Si aūt in lacte ponatur coagulū: vt medici faciunt et ad lentū ignē decoquatur: tūc caseus a sero separabitur: et si serū solū ad ignē ponat nō ingrossabitur: sed exiccabitur: siue per euaporationē ꝯsumetur: sicut aq̄. si aūt inueniatur aliqd lac qd nullū vel paucū habeat caseum

hoc lac est aqua a predominio τ inhesibile. ¶ Ex quibus oibus pz. quod in lacte serū est pars aquea: τ caseus q est pars maior est pars terrea: quare lac est terreū a predominio τc.

¶ Sanguis quoqz: haud secus habere sese videt. nam quod frigore siccat: cogit. At q cogi nequit vt ceruorū: is ad aquā magis ptinet, atqz oppido quam frigidus habetur. Et idcirco: fibras nullas hz. quippe cū fibre ad terraz spectent: atqz qd stabile ac firmū existit. Quare si etiā ille adimant: sanguis cōcrescere nō potest. quod ideo accidit: qz non siccet. qd eniz superest: id perinde atqz lac caseo iaz exempto aqua existit. Signū aūt est. Nam sanguis vitiatus: cōcrescere non solet. quippe q saniē pre se ferat: q nō nisi pituitosus humor τ aqueus est, quod cruda incoctaqz τ a nā nō victa sit.

¶ Et sanguis aūt similr: coagulatur eniz eo qd desiccet ifrigidatus. Quicūqz aūt nō coagulatur velut qui cerui: tales aque magis τ frigidi hi. ppter qd τ nō hnt vias. In eis.n. sunt terre τ solidum. quare τ extractis nō coagulat. hoc autē est qz nō desiccat: aqua eniz manet qd derelinquitur: vt lac caseo ablato. Signū aūt: languorosi eniz sanguines: nolunt coagulari velut ichor aut flegma τ aqua ppter indigestuz esse separatum a natura.

¶ Idem ostendit de sanguine dicens: quod sanguis sit terreus a predominio pz per hoc: qz ab extrinseco infrigidat coagulatur τ desiccatur expulso calido humidū educente remanēte sicco terrestri: quare sequit quod est terre predominio: si autez fuerit aliqs sanguis qui nō coagulat a frigido: vt est sanguis cerui tales sanguines sunt aque a predominio τ magis frigidi quam calidi: ppter qd tales sanguines non habent vias que sunt vestigia pororū: τ de natura solidi τ terrestris: qz partes talis sanguinis aquosi humide adinuicē fluentes totū replēt querentes tātū cōtinentis: ppter qd talis sanguis aquosus si extrahatur a talibus vijs non coagulatur: qz aqua que est in eo nō desiccat: sed remanet sicut remanet in lacte caseo ablato: cuius signū est quod sanguines languorosi nō coagulant: qz sunt velut ichor. i. flegma τ aqua: ppter ipsum esse indigestū τ separatū a sua naturalitate τc.

¶ Preterea quedā solubilia sunt, vt nitrū: quedā insolubilia, vt fictile. atqz ex hisce alia mollescunt. ceu cornu: alia minime veluti fictile atqz lapis.

¶ Adhuc aūt: hec quidē solubilia sunt velut sal nitrum: hec aūt insolubilia velut later τ lapis. τ horum: hec qdez mollificabilia velut cornu: hec aūt nō mollificabilia velut later τ lapis.

¶ Mouet dubiū dicēs: quod corporū quedā sunt solubilia sicut salnitrū: quedā aūt sunt insolubilia velut later τ lapis: τ insolubiliū quedā sunt mollificabilia: sicut cornu: τ quedā autez nō: velut lapis τ later: dubitat ergo de causa istorum.

¶ Causa aūt est: qz cōtrariorū ptrarie cause sunt. Quare si res duobus frigore ac siccitate concrescant cogātur qz: calore τ humore soluant est necesse. Unde fit: vt igni τ aqua soluant. ea enim: contraria sunt. Aqua qdem, que igni solo: igni vo, que frigore. Quare si qua ab ambobus cogi cōtingat: ea maxie insolubilia sunt.

¶ Causa aūt: qz cōtrarioz cōtrarie cause: quare si coagulant duobus frigido τ sicco: necesse solui calido τ humido: ppter qd igne τ aqua soluētur: hec eniz cōtraria. Aqua qdē quecūqz igne solo: igne aūt quecūqz frigido solo. Quare si a duobus accidit coagulari: hec isolubilia maxie.

¶ Assignat causas istoruz. pmo in generali. scdo ibi[Maxie aūt] Assignat in speciali. 3o ibi[Ligna aūt] infert correlaria. Dicit de pmo quod ptrarioz effectuū cōtrarie sunt cause: qz si aliqua coagulant duobus. s. frigido τ sicco: necesse est ea solui suis ptrarijs. s. calido τ humido: ppter qd igne τ aqua soluent: qz hec sunt ptraria: aqua qdez soluent quecūqz calido solū coagulant: igne autem quecunqz frigido solo: quare si a duobus contrarijs accidit aliqua coagulari: sicut calido τ frigido: hec sunt insolubilia.

¶ Talia aūt euadunt: quecūqz cōcalefacta prius, frigore postea cogunt. vsu enim euenit vt vbi calor expēdo exhaustus est: rursum humoris plurimum frigoris opera incalcet, adeo vt ne humori quidē transitū frigus cōcedat. Atqz eā ob cām: nec calor ea soluit: que enim frigore solo cōcrescunt: hec calor soluit. Nec itidem aqua soluere pōt. Nā que frigus cogit: aqua soluere nō pōt. sed que vi caloris aridi solūmodo cōcreuere potest. At ferrū caloris feruore colliquatū: frigore concrescit. Quare: vtroqz vt cōcrescat indigere cōspicitur. Unde fit: vt solui nequeat.

¶ Fiunt autem talia quecūqz calefacta: deinde frigido coagulant: accidit enim cum calidum exsudauerit egrediens: plurimū humidū cōprimi iterū a frigido: vt non humido det penetrationē. Et ppter hoc nec calidū soluit: quecūqz enim a frigido coagulant solo hec soluit: neqz ab aqua: quecūqz eniz a frigido coagulant non soluit: sed quecūqz a calido sicco soluit. Ferrū aūt liquefactū a calido frigefactū coagulatur.

¶ Soluit in speciali declarādo cām insolubilitatis quorūdā corporū coagulatoruz dicens hoc maxime fieri qñ corpora calefacta: deinde frigido coagulant: tunc eniz accidit calidū egredi simul cū parte humidi: τ residuum humidi a frigido cum sicco fortiter comprimi: vt superuenienti humido non det penetrationē: τ ppter hoc nec calidū soluit hō mixtuz: qz calidū nō soluit nisi mixtū qd a solo frigido coagulatur: neqz aqua ipsuz soluit: qz aqua nō soluit ea que a frigido coagulātur: sed solū quecūqz coagulantur a calido sicco. Ferrū aūt a calido liquefactū coagulat. ¶ Intelligendum quod si aliquod mixtū prius intense calefiat sic quod eius humiditas euaporet, deinde a frigido coagulet calido exhalante: tūc tale mixtuz erit indissolubile: qz nō poterit dissolui a calido: nec a frigido ppter defectum humiditatis quam dilatari oportet in liquefactione: exemplum est de latere τc.

¶ Ligna vo: terre sunt τ aeris. Quare colliquari aut mollescere nequeunt: vri queunt. Item sup aquā innatant oia: preter quam ebenus, que minime inuehit. Nā cetera: aeris plurimū cōtinent. at aer ex ebeno atra respirauit: in qua τ terre maior quam aeris portio inest.

¶ Ligna aūt sunt terre τ aeris: ppter qd vstibilia τ nō liquabilia: neqz mollificabilia: τ in aq supernatant preter ebenū: hec aūt nō: alia qdez aeris habent plus: ex ebeno autem nigra euaporauit aer: τ est plus in ipsa terre.

¶ Infert duo correlaria. Quorum primum est quod ligna sunt terre et aeris a predominio: propter quod ipsa sunt ustibilia et non liquabilia nec mollificabilia: et omnia preter ebanum supernatant in aqua: quia plus habent aeris: in ebano autem quia magis eua poratur aer est plus terre.

¶ Fictile vero ad terram solummodo spectat: quod siccendo paulatim concreuerit. Quare: nec aqua illud soluit. non enim aqua ingredi per foramina illa valet: per que spiritus solum exiuit. Nec inde ignis. nam eius opera: concretio illius prouenit. Quid igitur concretio et eliquatio quotque ob causas eueniant: et quibus competere possint: dictum est.

¶ Later autem terre solum: propterea quod desiccatus coagulatur secundum modicum: non enim aqua introitus habet per que solus spiritus exiuit: neque ignis: coagulauit. n. ipse. Quid quidem igitur est coagulatio et liquefactio: et propter quot: et in quibus est: dictum est.

¶ Secundum correlarium est quod later est solum de natura terre: propterea quod eius humidum a forti calore euaporat et desiccatur et paulatim et secundum modicum coagulatur. Unde aqua non potest ipsum liquefacere: quia non potest ingredi per eius poros per quos solum exiuit spiritus: siue vapor subtilior: et nec ignis potest liquefacere ipsum: quia ipsum coagulauit et contrariorum contrarie sunt cause. ¶ Deinde epilogat et patet.

¶ Tractatus tertius libri quarti: in quo determinatur de coagulabili et liquefactibili in speciali. Capitulum. I.

Ex his autem per calorem ac frigus consistere corpus omne: in aperto est. hec autem: spissando et cogendo suo fungi munere solent. Atque propterea quod ab hisce cetera conficiuntur: omnibus in rebus calor inest: in quibusdam etiam frigus quatenus ille deficit. Quare cum calor ac frigus quod agant: et humor atque ariditas quod patiantur corporibus insint: que communia sunt hec omnia participant.

Ex his autem manifestum quod a calido et frigido constant corpora: et hec autem ingrossantia et coagulantia faciunt operationem ipsorum: propterea quod que ab his condita sunt in omnibus inest caliditas: aliquibus autem et frigiditas qua deficit. Quare: quoniam hec quidem existunt propter facere: humidum autem et siccum propter pati: participant ipsis communia omnibus.

Iste est tertius tractatus huius quarti: in quo Aristo. determinat de passionibus que insunt mixtis merito qualitatum passiuarum scilicet: et continet quatuor capitula. In quorum primo determinat in speciali de coagulabili et liquefactibili. In secundo de mollificabili: incensibili: et flexibili et reliquis huiusmodi. In tertio de impressibili: trahibili: scissibili: et aliis talibus. In 4° de ustibili: inflammabili: et exhalabili. 2m capitulum incipit ibi [Mollificabilia.] 3m ibi [Et hec quidem.] 4m ibi [Et hec quidem] Primum capitulum diuiditur in duas partes. In prima probat unam conclusionem. In secunda determinat in speciali de coagulabili et liquefactibili. ibi [De coagulabili.] In prima tria facit. primo premittit suppositiones. secundo probat conclusionem. tertio inducit de passionibus de quibus hic determinare intendit. ibi secunda [Hec autem] ibi tertia [Dicamus autem] De prima premittit duas suppositiones. Quarum prima est. quod omnia corpora mixta constant ex calido et frigido et his: siue faciunt ingrossantia: siue coagulantia faciunt suas operationes: propterea quod ab his condita sunt: et omnibus inest caliditas et frigiditas: quia unum mixtum deficit ab alio in caliditate: et iste due qualitates. s. caliditas et friditas in-existunt propter facere cum sint qualitates actiue: humidum autem et siccum inexistunt propter pati: quia sunt qualitates passiue et sunt communes omnibus mixtis. ¶ Intelligendum quod in omnibus mixtis sunt qualitates prime sub gradibus remissis ad dictam elementorum: in quibus reperiuntur sub gradibus summis: et in aliquibus mixtis est plus de caliditate: in aliquibus vero est plus de friditate: et per talem friditatem deficiunt in caliditate ab illis in quibus est plus de calitate.

¶ Similaria igitur corpora tam in plantis quam animantibus: terra et aqua constant. Item metallica, ceu aurum argentum, et cetera id genus: tum ipsis, tum exhalatione que ab utroque dimanat interclusa, ut alias diximus, constant.

¶ Ex aqua quidem igitur et terra homiomera corpora constant: ut in plantis et in animalibus: et quecunque metallantur: velut aurum et argentum: et quecunque alia talia ex ipsis: et ex exhalatione ea que utriusque inclusa: sicut dictum est in aliis.

¶ Secunda suppositio quod omnia mixta homogenea constant ex aqua et terra: patet per inductionem in plantis et in animalibus et in his que metallantur: sicut sunt aurum et argentum: et in omnibus corporibus que fiunt ex utraque exhalatione inclusa in concauitatibus terre: ut sunt lapides: de quibus determinatum est in aliis: et in fine tertii huius. ¶ Intelligendum quod licet animalia et plante non sunt corpora homogenea: tamen componuntur ex eorum partibus homogeneis: sicut sunt caro: os: etc. et de his intendit Aristo.

¶ Porro hec omnia: et peculiari affectione que ad sensus pertineat, et agendi quippiam facultate, inter se discrepant. Nam candidum, odorum, sonorum, dulce, calidum et frigidum: quod sensum mouere ac irritare queant, in ratione rerum sunt. Que vero ex eo nomen sortita sunt quod patiantur, ceu eliquabile, concretile, flexile, et reliqua id genus omnia: per alias magis peculiares affectiones existunt. cuncta namque eiusmodi perinde atque humidum aridumque: passiua sunt. Itaque os, caro, neruus, lignum, cortex, lapis, et cetera alia corpora similaria quidem sed naturalia: hisce discrimen subest.

¶ Hec autem differunt ab inuicem ex his que ad sensus proprios omnia: et in posse aliquid facere: album enim: et bene odorans: et sonatiuum: et dulce: et calidum: et frigidum: in posse aliquid facere in sensum sunt: et in aliis magis conuenientibus passionibus quecunque in patiendo dicuntur. Dico autem puta liquabile: et coagulabile: et flexibile: et quecunque alia talia: omnia enim talia passiua sunt: sicut humidum et siccum. His autem iam differt os et caro: et neruus: et lignum: et cortex: et lapis: et aliorum unumquodque homiomerorum quidem et naturalium corporum.

¶ Hic ponit conclusionem. quod omnia corpora mixta differunt ab inuicem proprietatibus et passionibus: per quas possunt facere aut pati. probatur inductiue. et primo quod differunt proprietatibus quibus possunt facere inducendo alterationem in sensus proprios: sicut album odorabile, sonatiuum, dulce, calidum, frigidum etc. differunt proprietatibus quibus diuersas alterationes faciunt in sensus exteriores. Deinde ostendit quod differunt proprietatibus quibus possunt pati: sicut liquabile, coagulabile, flexibile, et reliqua talia: que omnia sunt passiua: sicut humidum et siccum: ratione quorum eis insunt ille passiones quibus differunt ab inuicem os, caro, neruus, lignum, cortex, lapis: et unumquodque aliorum corporum naturalium mixtum homogeneorum.

¶ Primo autem dicamus numerum eorum que iuxta potentiam et potentie priuationem dici solent. Sunt autem hec.

hec. Concretile/inconcretile. Eliquabile/ineliquabile. Mollificabile/immollificabile. Humectabile/inhumectabile. Flexibile/inflexibile. Fractile/infractile. Friabile/infriabile. Impressibile/inempressibile. Formatile/informatile. Pressatile/impressatile. Tractile/intractile. Ductile/inductile. Fissile/infissile. Sectile/insectile. Tenax/remittens. Densatile/indensatile. Combustile/incombustile. Exhalabile/inexhalabile. Plurima igitur corporum: his ferme differunt affectibus. quam aut quodque horum vim habeat: edisseramus.

¶ Dicamus autem primo numerum ipsorum quecunque secundum potentiam et impotentiam dicuntur. Sunt autem hec coagulabile et incoagulabile: liquabile et illiquabile: et mollificabile non mollificabile: intingibile non intingibile: flexibile et inflexibile: frangibile et non frangibile: productibile et non productibile: cōmunibile et incōmunibile: impressibile non impressibile: formabile informabile: capibile non capibile: trahibile non trahibile: scissibile non scissibile: detruncabile non detruncabile viscosum fragile: cōmassabile nō cōmassabile: vstile nō vstile: exhalabile nō exhalabile. Plurima quidē igitur fere corporum: his differūt passionibus. Quam aūt vnūquodque horum potentiam habeat dicamus.

¶ Inducit in passionibus de quibus hic determinare intendit dicens. Dicamus ergo primo numerum ipsorum quecunque secundum potentiam et impotentiam dicuntur: sunt autem coagulabile et incoagulabile. liquabile et illiquabile. mollificabile et non mollificabile etc. patet in litera: et addit quod plurima corporum his differunt passionibus: nos autem nunc dicamus quam potentiam habeat vnūquodque ipsorum.

¶ Igitur de concretili et inconcretili, et eliquabili et ineliquabili, tametsi prius generatim dictum est: tamen et nunc quoque dicere aggrediamur. Nam ex corporibus que concrescunt atque durent: quedam feruore caloris: quedam frigore: illo quidem humorem assicante, hoc vero calorē extrudente, ita affici solēt. Quare alia humoris absentia, alia caloris: hocce patiūtur. aquea quidem, caloris: terrea vero humoris.

¶ De coagulabili quidem igitur et incoagulabili: et liquabili et illiquabili: dictum est quidem vniuersaliter prius attamen redeamus: et nunc. Corporum enim quecunque coagulantur et indurantur. hec quidem a calido patiunt hoc. hec autem a frigido: a calido quidem desiccante humidum: a frigido autem exprimente calidum. Quare hec quidē humidi absentia: hec autem calidi hoc patiuntur: quecunque quidē aque calidi: quecūque quidē terre humidi.

¶ Hic Aristo. determinat in speciali de coagulabili et liquefactibili. et tria facit. primo determinat de coagulabili. secundo ibi [Que quidem] De liquefactibili. tertio ibi [In coagulabilia] De incoagulabili. Dicit de primo quod prius dictum est vniuersaliter de coagulabili et incoagulabili: nunc redeamus dicendo magis specialiter quod corporum que coagulantur: quedam a calido coagulantur: quedam a frigido. Que coagulantur a calido coagulantur per desiccationem humidi. Que vero coagulantur a frigido coagulantur per expressionem calidi: ideo illa coagulantur per absentiam humidi. Unde que sunt de natura aque coagulantur per absentiam calidi: sicut glacies: que vero sunt de natura terre coagulantur per absentiam humidi: sicut later et lapis coctus.

¶ Que igitur humoris absentia: ea liquefacere humor potest. nisi adeo sese collegerint coierintque: vt minora partibus aque foramina relicta sint. id quod fictili accidit. Quecunque autem non ita coierunt: humore liquātur, ceu nitrum, sal, terra e coeno orta. At que caloris priuatione: calore deliquescunt. vt crystallus, plumbum es. Que ergo sint concretilia et eliquabilia et que ineliquabilia: dictum est.

¶ Que quidem igitur humidi absentia: ab humido liquefiunt nisi sic conuenerint: vt minores relicti sint pori quam aque moles: velut later. Quecunque autem non sic humido hec soluuntur: velut nitrum sales: terra que ex luto. Que autem calidi priuatione a calido soluuntur: velut glacies: plumbum es. Qualia quidem igitur coagulabilia et liquabilia et qualia illiquabilia dictum est.

¶ Determinat de liquefactibili dicens. quod illa que coagulata sunt per absentiam humidi liquefiunt ab humido: velut sal nitrum et sales: et sicut lutum induratum liquefit per cōmixtionem aque: et istud contingit: nisi in coagulato indurato sint relicti pori minores quam aque moles. sic quod aqua ingredi non possit: quia tunc non liquescit: vt patet in latere cocto: que vero coagulata sunt per calidi priuationem a calido soluuntur: sicut glacies plumbum.

¶ Inconcretilia autem sunt: quecunque nec humorem habent aquosum nec aquee sortis sunt, sed terre plus calorisque continent, vti mel atque vinum passum. quippe que veluti feruentia sint. Item: quecunque aquea quidem sunt, sed aeris plus continent, perinde vt oleum, argentum viuum, et si quid tenax lentumque est, veluti viscum, atque pix.

¶ Incoagulabilia autem quecunque: aut non habent humiditatem aquosam: aut non aque sunt: sed plus calidi et terre: puta mel et mustum: velut feruentia enim sunt: et quecunque aque quidem habent. Sunt autem plus aeris sicut oleum et argentum viuum: et si quid viscosum: velut gluten.

¶ Determinat de incoagulabilibus dicens. quod incoagulabilia sunt quecunque non habent humiditatem aquosam: aut non sunt aque a predominio: sed plus habent calidi et terre: et sunt velut feruentia: sicut mel et mustum: et quecūque etiam sunt aque: sed plus habent aeris sicut oleum et argentum viuum: et etiam quecunque sunt multum viscosa sicut gluten: multa enim viscositas prohibet coagulationem: quia prohibet humidi a sicco separationem. ¶ Intelligendum quod omnia mixta perfecta constant ex aqua et terra a predominio secundum molem: vt habeant debitam constantiam et spissitudinem

quã ex igne ⁊ aere habere non possint propter eorum rari- tatem. ¶ Intelligendum secundo Aristo. velle ꝙ argentū viuum non potest coagulari propter fortem permixtionē humidi cum sicco. propter quod humidū non potest in eo separari: quod oporteret ad coagulationem: ⁊ hoc dicunt multi esse verum non simpliciter: sed solum de argento vi- uo solitarie sumpto: ⁊ ad aliam speciem non mutato. Si ta- men cum sulphure misceatur: ⁊ ad aliam speciem permute- tur volunt ipsum coagulari posse vt alchimici dicunt.

¶ Tractatus tertiꝰ libri quarti. in quo determinat de molli- ficabili intingibili ⁊ flexibili. Cap. II.

MOllificabilia autem sunt: quecunqꝫ con- creta non ex aqua cõstant vt glacies (oīs enim glacies: aque est) sed quecunqꝫ ad terram potius spectant / ⁊ nec eorum hu- mor vniuersus perinde vt in sale nitroue assicatus est / nec inequabiliter vt in fictili sese habet / sed tractilia sunt ⁊ non humectatilia / aut ductilia ⁊ nõ aquea / atqꝫ ignis opera ac feruore mollificabilia / vt ferrum / cornu / lignum.

MOllificabilia autem sunt: coagulato- rum quecunqꝫ nõ ex aqua: velut gla- cies aque: sed quecunqꝫ terre magis ⁊ neqꝫ euaporauit totum humidū: sicut in nitro aut sale: neqꝫ habet irregulariter sicut later: sed aut trahibiliá non entia hume- ctabilia: aut ductibilia non entia aque: ⁊ molli- ficabilia igne: velut ferrum: ⁊ cornu: ⁊ ligna.

Istud est secundum capitulū huius tractatus: in quo Ari. determinat de mollificabili intingibili ⁊ flexibili: ⁊ fm hoc tria facit. q2 primo agit ð mollificabili. secundo ibi [Sunt autē] de intingibili. tertio ibi [Sunt au- tem] de flexibili. De primo dicit ꝙ corpora coagulatorum illa sunt mollificabilia quecunqꝫ nõ sunt ex aqua velut gla- cies aque: sed magis sunt ex terra: a quibus tamen non eua- porauit totum humidum: sicut est de sal nitro ⁊ sale que nõ sunt mollificabilia ex defectu humiditatis: nec etiam habēt humidum irregulariter resolutū sicut later: propter quod non est mollificabilis. Sed illa sunt mollificabilia que de natura terre existentia non entia humectabilia sunt trahibi- lia: sicut cutis aut coriū: aut non entia aque sunt ductibilia: ⁊ ab igne mollificabilia sicut ferrum ⁊ cornu. ¶ Intelligen- dum ꝙ posset alicui videri ꝙ glacies sit mollificabilis: q2 transiens de extremo ad extremum debet transire per me- dium: sed glacies transit de duritie ad liquiditatem inter q̄ mediat mollities. quare ⁊c. ¶ Responderi potest ꝙ mol- lities non mediat proprie inter duritiem ⁊ liquiditatem: q2 illud quod mollificatur simul fm suas partes mollificatur: sed quod liquefit paulatim: ⁊ per partem liquefit incipien- do a partibus superficialibus. ¶ Intelligendum secundo ꝙ cum dicit Aristo. ꝙ later non est mollificabilis: quia ha- bet humidū irregulariter: aliqui exponunt non de eius hu- mido irregulariter resoluto: sed quia habet poros irregula- riter positos ⁊ disproportionatos humido recipiendo ad mollificationem requisito ⁊c.

¶ Et eliquabilium ⁊ ineliquabilium: quedam hume- ctatilia sunt / quedaꝫ inhumectatilia. Verbi causa es: inhumectatile est / cum eliquabile sit. lana vº ⁊ terra: humectatilia. nam madefieri assolet. Et quideꝫ es col- liquabile est: non tamen ab aqua colliquari potest.

Sed ⁊ eorum que aqua liquari queunt: nõnulla inhu- mectabilia sunt / ceu nitrum / atqꝫ sal. nec enim quicq̄ humectatile est: quod cum aqua inspergitur / mollius- culum non fiat. Nõnulla autem: cum humectatilia sint / eliquabilia non sunt: vt lana atqꝫ fructus.

¶ Sunt autem liquabilium ⁊ illiquabilium: hec quidem intingibilia: hec autem non intin- gibilia: velut es: intingibile liquefactibile exi- stens: lana autē ⁊ terra intingibile: madefiūt enim. Et es quidem liquabile: non ab aqua au- tem liquabile: sed ab aqua liquabilium: quedā non intingibilia: velut nitrū ⁊ sales: neqꝫ enī aliud intingibile nullū: quod non mollius fit madefactum. Quedam autem intingibilia exi- stētia nõ liquabilia sunt: velut lana ⁊ fructus.

¶ Nunc determinat de intingibili: ⁊ duo facit: q2 pmo deter- minat de intingibili. secundo ibi [Sunt autem] de non intin- gibili. De primo dicit ꝙ corporum liquabilium ⁊ illiquabi- lium quedam sunt intingibilia. i. ab extrinseco humectabi- lia: quedam vº sunt non intingibilia. Non intingibilia sunt velut es liquabile existens: lana autem ⁊ terra sunt intingi- bilia: madefiunt enim humido superfuso: ⁊ es liquabile ab igne ⁊ non ab aqua: ⁊ liquabilium ab aqua: quedam sunt nõ intingibilia velut nitrum ⁊ sales. Unde nullum est intingi- bile quod madefactum non fiat mollius: ⁊ quedam sunt nõ liquabilia que sunt intingibilia: velut lana ⁊ fructus. ¶ In- telligendum ꝙ Aristo. hic innuit duas diuisiones. Quarū prima est ꝙ corporum mixtorum: quedam sunt liquabilia vt es: quedam illiquabilia vt lana. Secunda est ꝙ corpoꝝ siue liquabiliū: siue illiquabiliū: quedā sunt intingibilia vt terra ⁊ lana: ⁊ q̄dā sunt nõ intingibilia vt later ⁊ nitrum.

¶ Ceterum humectatilia quidem sunt: que cum terre- na sint ⁊ aqua duriora existant / meatus ampliores q̄ partium aque moles continent. Liquabilia vº aqua: quecunqꝫ illos per totum cõmeantes possident. Cur igitur terra humore eliquari atqꝫ humectari: nitrum vº eliquari non humectari potest? Nimirum: ꝙ in ni- tro foramina continuata totum penetrant. vnde fit: vt aqua partes continuo dispescat. At in terra: fora- mina euariāt / nec inter sese respõdent. quare quoquo pacto aquam exceperit: diuersa oritur affectio.

¶ Sunt autem intingibilia quidem: quecunqꝫ terre existentia habent poros maiores aque mollibus: existentibus durioribus aqua. Li- quabilia autem aqua: quecunqꝫ per totum. Propter quod autem terra liquefit quideꝫ ⁊ intingitur ab humido: nitrum autem liquefit: quidem intingitur autem non: q2 in nitro qui- dem per totum pori: quare diuiduntur mox ab aqua partes. In terra autēꝫ permutati sunt pori: quare qualitercunqꝫ vtrīqꝫ susceperint differt passio.

¶ Determinat de non intingibilibus dicens: ꝙ intingibilia sunt quecunqꝫ terre existentia habent poros maiores aque mollibus. i. partibus aque: propter quod aqua subingredi potest ⁊ intingere. Corpora autēꝫ liquabilia aqua sunt que- cunqꝫ habent per totum poros: propter quod terra quideꝫ

liquefit

liquefit ⁊ intingitur ab humido per ei⁹ poros ingrediente. Nitrum autem liquefit ab aqua sed non intingitur:eo q̧ in nitro per totū sunt pori:q̄re ptes nitri stati diuidunt̄ ab aq̄: ⁊ sic nitrū liq̄fit ab aq̄:sed nō humectat̄:in terra aūt pmutati sunt pori magni atq̧ distantes:quare terra non solum liquefcit ab aqua:sed etiam humectatur:⁊ ideo sm q̧ terra ⁊ nitrum diuersimode patiuntur ab aqua sm suarum partium diuersitatem:sm hoc in ipsis diuersificatur:passio ita q̧ terra est ab aliqua liquefactibilis ⁊ intingibilis:nitrum autem est liquefactibile ⁊ non intingibile.

¶ Porro corporum alia flexilia atq̧ directilia sunt/ vt arūdo ac vimen:alia inflexilia/vt fictile atq̧ lapis.

¶ Sunt autem ⁊ hec quidem corporum flexibilia ⁊ dirigibilia:velut calam⁹:⁊ vimen:hec autez inflexibilia corporū velut later:⁊ lapis.

¶ Hic determinant de flexibili ⁊ dirigibili:⁊ duo facit.p̄mo hoc.secundo determinat de frangibili ⁊ cōminuibili.ibi secunda.[Et hoc quidem.] De prima p̄mo premittit que corpora sunt flexibilia ⁊ dirigibilia:⁊ que inflexibilia ⁊ indirigibilia dicēs q̧ corporū hec qdē flexibilia ⁊ dirigibilia:velut calam⁹ ⁊ vimē.hec aūt inflexibilia velut later ⁊ lapis.

¶ Flexilia autem atq̧ directilia corpora sunt:quorū longitudo ex ambitu in rectum.⁊ cōtra e recto in ambitum permutari valet.

¶ Sūt autē ⁊ inflexibilia ⁊ indirigibilia:quorūcunq̧ corporū non potest lōgitudo in rectitudinem ex peripheria:⁊ ex rectitudine in peripheriam permutari.

¶ Prosequitur declarando membra diuisionis premisse dicens.q̧ corporum illa sunt inflexibilia ⁊ indirigibilia quorum longitudo non potest ex peripheria.i.circulatione in rectitudinem permutari:nec ex rectitudine in peripheriam.i. circulationem. Unde breuiter illa corpora non possunt flecti neq̧ dirigi que non possunt incuruari:neq̧ rectificari: propter habere parum de humido ⁊ multum de sicco terrestri:sicut lapis ⁊ later:quare ⁊c̄.

¶ Atq̧ flecti ⁊ dirigi:in rectum aut ambitum migrare atq̧ transire existit.etenim tam quod reflectitur q̄ȝ quod inflectitur:flectitur curaturq̧. Flexio igitur est: ad deuexitatem aut concauitatem/seruata longitudine motio.

¶ Et flecti ⁊ dirigi est in rectitudinem aut in peripheriam transmutari aut moueri:etenim quod reflectitur ⁊ quod deflectitur curuatur. Qui qdē igitur ad conuexitatem:aut concauitatem motus longitudine saluata:flexio est.

¶ Hic ostendit quid est flecti ⁊ dirigi:⁊ per hoc declarabit que corpora sunt flexibilia ⁊ dirigibilia.Dicit ergo q̧ flecti est permutari seu moueri in peripheriam.i.circulationem: dirigi autem est moueri in rectitudinem. Unde omne corpus qd̄ reflectitur:aut deflectitur curuatur:q2 omne quod mouetur ad ꝯcauū vel ꝯuexū longitudine saluata flectit̄.

¶ Si enim flexio ad rectitudinem quoq̧ transitio eēt: idem simul flexū rectūq̧ foret.quod profecto rectū inquam flexum esse:fieri nequit.Cū si omnino vel reflexu vel inflexu res flecti soleant/quorum alterū ad cōuexū/alterū ad concauum migratio est:flexio sane ad rectum profectio esse non potest.sed aliud flexio: aliud directio existit. Atq̧ hec sunt:flexilia ⁊ directilia ⁊ inflexilia ⁊ indirectilia.

¶ Si enim ⁊ in rectum vtiq̧ esset simul flexū ⁊ rectum:quod quidem impossibile rectum flexū esse. Et si flectitur omne:aut reflectetur aut deflectetur:horum autem hoc ad cōuexū: hoc autem ad concauū:transmutatio nō vtiq̧ erit:⁊ que ad rectum laxatio:sed est flexio ⁊ rectificatio aliū ⁊ aliud. Et hec sūt flexibilia ⁊ rectificabilia:⁊ iflexibilia ⁊ nō rectificabilia.

¶ Remouet errorem quorundam qui dixerunt q̧ motus ex concauo ⁊ motus ex cōuexo esset motus in rectum:hoc remouet Aristo.dicens.q̧ talis motus non est in rectum:q2 tunc motus ex concauo ⁊ motus ex conuexo esset vnus motus rectus:⁊ tunc idem simul esset rectum ⁊ flexum:quod est impossibile:q2 impossibile est rectum flexū esse. Unde si aliquod motum per semidiametrū circuli flectatur ⁊ deflectatur non mouetur vno motu continuo:sed diuersis motibus:quorum vnus est ad cōuexū:⁊ alius est ad cōcauū: non vtiq̧ erit que ad rectum laxatio:siue continuatio i.sed est flexio ⁊ rectificatio aliud ⁊ aliud. Postea epilogat.

¶ Item alia:fractilia ⁊ friabilia/simul ⁊ seorsim existunt.verbi causa.lignum:fractile est/non friabile. glaties autem ⁊ lapis:friabilis/non fractilis.at fictile:⁊ fractile/⁊ friabile.

¶ Et hec quidem frangibilia ⁊ cōminuibilia simul ⁊ sigillatim:puta lignum quidem frangibile:cōminuibile autem non.glaties autem ⁊ lapis cōminuibile:frangibile autem non:later autem ⁊ frangibilis ⁊ cōminuibilis.

¶ Hic determinat de frangibili ⁊ cōminuibili.⁊ duo facit. primo ostendit que sunt frāgibilia ⁊ cōminuibilia simul ⁊ diuisim.secundo ponit differentiam.ibi secunda.[Differt autem.] Dicit de prima q̧ [frāgibilia ⁊ cōminuibilia sunt simul ⁊ sigillatim:lignum enim est frangibile:sed non comminubile:glaties autem est cōminuibilis:sed non frangibilis:later autem est frangibilis ⁊ cōminuibilis.]

¶ Differunt tamen.nam fractio:in magnas parteis diuisio atq̧ distractio existit.friatio v̄o:in quas vis sine discrimine/⁊ que duabus plures sint. Quecunq̧ igitur ita cōcreuere vt multis scateant foraminibus que directim posita non sint:friabilia sunt.hec enim sint: inter sese distant. Que v̄o longe porrecta habent foramina:fractilia. Quibus autem vtrūq̧ competit:ea tū friabilia q̄ȝ fractilia sunt.

¶ Differt autem:q2 fractio quidem est in magnas partes diuisio ⁊ separatio:cōminutio autem in quascunq̧ ⁊ plures duabus. Quecunq̧ quidez sic coagulata sunt vt multos habeant vicissitudinatos poros ⁊ cōminuibilia. vsq̧ ad hec enim pertingit. Quecunq̧ autez ad multū frāgibilia.q̄cūq̧ aūt ambo:ambo.

¶ Ponit differentiam inter fractionem ⁊ cōminutionem dicens.q̧ [fractio est separatio in magnas partes.Cōminutio in quascūq̧:dūmodo sint plures duabus. Illa autez dicuntur cōminuibilia que sunt sic coagulata q̧ multos habēt poros vndiq̧ dispersos ⁊ paruos. Illa v̄o que habent po-

res magnos ⁊ distantes sunt frangibilia: que autem habent poros paruos ⁊ magnos inuicem cōmixtos sunt ambo .i. frangibilia ⁊ cōminuibilia. ¶ Intelligendum ꝙ proprie loquendo fractio est diminutio in partes magnas seu separatio. Cōminuitio vero in partes paruas: ⁊ q2 diuisio fit vbi sunt pori: ideo que habent poros spissos ⁊ paruos sunt comminuibilia .i. in partes paruas diuisibilia: vsqȝ enim ad hoc idest paruas partes pertingit eorum diuisio. Que vero habent poros magnos ⁊ distantes sunt frangibilia: quia in magnas partes diuisibilia: que autem habent vtrūqȝ idest poros magnos ⁊ distantes ⁊ paruos ⁊ spissos vtrūqȝ: scilȝ frangibilia ⁊ comminuibilia.

¶ Tractatus tertij libri quarti: in quo determinatur de impressibili, capibili, trahibili, ductibili, scissibili, ōtruncabili, frangibili, ⁊ commassabili. Cap. III.

Orro alia impressilia sunt, vt es, cera: alia minime vt fictile aqua. Est autem impressio: partis eius que per summa residet introrsum migratio que pulsione aut ictu, sȝ in totum tactu accidit. Sunt autē eiusmodi: tam mollia ceu cera que alia superficiei parte imota partim suffugit, ꝙ̄ dura vt es. Item que impressionem defugiunt: tum dura sunt vt fictile (non enim superficies refugit) tum liquida, velut aqua que cedit, at non ſm partem: sed ad rei prementis latera resilit.

ET hec quidem impressibilia: velut es: ⁊ cera: hec autem non impressibilia: velut later ⁊ aqua. Est autem impressio: superficiei ſm partem in profundum cessio pulsione: aut percussione totaliter: aut tactu. Sūt autē que talia ⁊ mollificabilia: velut cera manente alia superficie ſm partē trāsmutatur: ⁊ dura: velut es: ⁊ nō impressibilia: ⁊ dura velut later. non enim cedit in profundum superficies: ⁊ humida velut aqua: cedit quidem: sed non ſm partē: sed econtra transmutatur.

Istud est tertium capitulum huius tractatus in quo Aristo. determinat de impressibili ⁊ pluribus alijs talibus passionibus corporum mixtorum: de quibus patebit circa literam: ⁊ diuiditur in octo partes principales. In quarum prima determinat de impressibili dicēs. ꝙ corporū mixtorum: hec quidem sunt impressibilia velut es ⁊ cera. hec autem non sunt impressibilia velut later ⁊ aq̄: ⁊ per aquam intelligit mixta liquida sicut aqua: ⁊ declarat Aristo. causam quare es ⁊ cera sunt impressibilia: later aūt ⁊ aqua non. ostendēdo quid est impressio: ⁊ dicit. ꝙ impressio est cessio ſm partem superficiei in profundum pulsione aut percussione totaliter: aut tactu. Et horum impressibilium quedā sunt mollificabilia: sicut cera que transmutatur ſm partem superficiei pulsam in profundū a tangente extrinseco residua superficie manente. Quedam autem sunt dura velut es: cuius pars superficiei cedit facta percussione. Similiter non impressibilium quedam sunt dura: sicut later: cuius superficies non cedit in profundum: ⁊ quedā sunt humida: sicut aque que non cedunt solum ſm partem superficiei in profundum: sed ſm totum circūstant. ¶ Intelligendum ꝙ in diffinitione impressionis cessio in profundū ponitur pro genere: ⁊ residuum pro differentia: ⁊ per hoc ꝙ dicitur pulsione aut percussione datur intelligi efficiens: ⁊ vlterius additur totaliter aut tactu ad innuendum ꝙ ista cessio potest fieri: aut repellendo ad alium: aut percutiendo: aut simplici tactu.

¶ Impressilium vero: quecunqȝ facile manu imprimi queunt manentqȝ impressa: ea quidē formatilia sunt. At que diff. cile lapidis more vel ligni imprimuntur, aut facile quidem sed impressio ceu lane aut spongie non remanet: hec formatilia non sunt: sed pressatilia.

¶ Impressibilium autem quecūqȝ manent impressionem passa ⁊ bene impressibilia manu: hec quidem formabilia: hec autem vt non bene impressibilia velut lapis ⁊ lignum: aut bene impress. bilia quidem: non manet autē impressio velut lane aut spongie: non formabilia sed capibilia hec sunt.

¶ Hic ponit diuisionem trimembrem dicens. ꝙ impressibilium quedam sunt que impressionem factam manu bene recipiunt ⁊ bene retinent separato tangente sicut cera: ⁊ ista dicuntur formabilia: hec aūt sunt nō bene impressibilia: ita ꝙ nec bene recipiunt impressionem: ⁊ ex consequenti: nec bene retinent sicut lapis ⁊ lignum: hec vero sunt que impressionem bene recipiunt: sed separato imprimente non retinent: sicut lana: spongia: ⁊ ista non sunt formabilia sed capibilia. ¶ Intelligendum ꝙ cera bene recipit ⁊ bene retinet impressionem: quia habet humidum bene proportionatū sicco: ⁊ ratione humidi recipit: ⁊ ratione sicci retinet: sed lapis ⁊ lignum propter intensam eorum siccitatem ⁊ duritiē non recipiunt impressionem: ⁊ ex consequenti nec retinent: quia nihil retinet illud quod nec habet nec recipit: spongia ⁊ lana bene recipiunt impressionem: sed non retinent: ⁊ statim reuertuntur ad figurā suā: de quibus infra dicetur.

¶ Pressatilia aūt sūt: que pulsa colligere sese possunt, intro recedente superficie, non distracta, nec alio demigrante parte alia. id quod: aqua facit. quippe que: in sublime resilire soleat. Pulsio autem: motio est ab eo quod mouet orta que per tactionē efficit. Ictus vero: que per delationem.

¶ Sunt autē capibilia quecūqȝ pulsa in seipsa cōuenire possunt in profundum: superficie secus mutata non diuisa: ⁊ trāslate alibi alia parte velut aqua facit: hec enim econtra trāsfert. Est autem pulsio motus a mouente qui fit a tactu: percussio autem cum allatione.

¶ Hic determinat de capibili. ⁊ tria facit. primo ostendit q̄ sunt capibilia. secundo declarat hoc. ⁊ tertio ostendit q̄ sunt non capibilia. ibi secunda [Capiuntur] ibi tertia [Non capibilia.] Dicit de prima ꝙ capibilia sunt quecunqȝ pulsa in seipsa conuenire possunt in profundum superficie mutata: sed non diuisa nec translata alibi alia parte: sicut contingit de aqua que transfertur circa pellens in eā: ⁊ est pulsio motus qui fit a mouente tactu: percussio autem cum allatione ⁊ separatione mouentis a moto.

¶ Pressant aūt: q̄cūqȝ cognati corporis vacuos meat⁹ obtinēt. Atqȝ pressatilia ea sunt: que in sua coire vacua, foraminaue pñt (interdū enī foramia in que coeant: inania non sunt) id quod in madefacta spongia euenit. nam sua foramina: imbibito humore distēdūtur. At ea quoqȝ meatus corpore molliori ꝙ̄ idipsū qꝫ suapte natura in eos coire potest, referti fuerint: pressatilia quidē

satilia quidem sunt: vt spongia, lana, cera, caro.

¶ Capiuntur autem quecunqꝫ poros habent vacuos ꝯnati corporis: ꝛ capibilia hec: quecunqꝫ possunt in propria vacua conuenire: aut in ꝓprios poros velut madefacta spongia: pleni enim ipsius pori. Sꝫ quorumcunqꝫ pori pleni fuerint mollioribus ꝙ ipsum quod natuꝫ est conuenire in seipsum. Capibilia quidem igitur sunt: velut spongia cera caro.

¶ Declarat dicens. ꝙ illa corpora capiuntur quecunqꝫ poros habent vacuos: non simpliciter: sed corporis ꝯnati seu similis que possunt in propria vacua: seu proprios poros conuenire: velut spongia madefacta siue aere plena: ꝛ quorumcunqꝫ pori pleni fuerunt corporibus mollioribus ꝙ sit ipsum corpus capibile quod natum est in seipsum conuenire: sicut spongia: cera: caro.

¶ Impressatilia vero: que pulsione in sua coire foramina per naturam nequeunt, ꝙ vel nulla habeant, vel re duriore oppleta gerant. Ferruꝫ naqꝫ, lapis, aqua, ꝛ liquidum quodcunqꝫ: impressatilia sunt.

¶ Non capibilia autem que non nata conuenire pulsione in eos qui in ipso poros: aut quia non habent: aut quia durioribus habent plenos. Ferrum enim non capibile: ꝛ lapis: ꝛ aqua: ꝛ omne humidum.

¶ Nunc ostendit que sunt corpora non capibilia dicens. ꝙ corpora non capibilia sunt que non sunt nata conuenire pulsione facta in eos qui in ipsos poros: aut quia non habent: aut quia habent eos plenos corporibus durioribus. Unde ferrum non est capibile: quia non est natum in seipsum conuenire per pulsionē tangentis: ꝛ similiter lapis propter suam duritiem: ꝛ aqua etiam non est capibilis: ꝛ omne humidum siue fluidum: quia poros non habet.

¶ Tractilia vero sunt: quorum superficies in latus porrigi potest. Trahi enim: est superficiem perpetuam existentem versus idipsum porrigi quod facultatem mouendi obtinet.

¶ Trahibilia aut sunt: quorumcunqꝫ potest ad latus transferri superficies. Trahi enim est trāsferri ad mouens planum continuum existens. Sunt autem hec quidem trahibilia: velut pilus corrigia neruꝰ ꝛ gluten ꝛ pasta. hec autem non trahibilia: velut aqua ꝛ lapis.

¶ Determinat de trahibili dicens. ꝙ trahibilia sunt quorum superficies potest transferri sm latus. Unde trahi est mobile trāsferri ad mouens vel ad aliud sm partem superficie continua remanente: siue contigua inter trahens ꝛ quod trahitur. Sunt autem trahibilia sicut corrigia neruus pasta gluten. Non trahibilia autem sunt sicut aqua ꝛ lapis.

T.c.10. ¶ Intelligendum ꝙ tractio sic diffinitur 7º physicorum. Tractio est cum ad ipsum vel ad alterum velocior fit motus trahentis non separati ab eo quod trahitur: hic autem capitur tractio non pro motu totius corporis de loco ad locū: sed pro motu eius sm alterum extremum alio remanente imobili: aut sm vtrūqꝫ extremum ad differentias oppositas. Unde illa que extenduntur seu elongantur: sicut corium: siue lana: hoc modo trahi dicuntur.

¶ Sunt autem quedam tractilia: vt pilus, lorum, neruus, massa triticea, viscum. quedam intractilia: vt lapis atqꝫ aqua. Igitur quedam tractilia ꝛ pressatilia eadē sūt. vt lana: quedā nō sūt. verbi cā. pituita ꝓssatilis nō est, sed tractilis: ꝛ spōgia pressatilis, sꝫ nō tractilis.

¶ Hec quidem igitur eadem sunt trahibilia ꝛ capibilia velut lana: hec autem non eadem sicut flegma: capibile quidem non est: trahibile autem: ꝛ spongia: capibilis quidem: non trahibilis autem.

¶ Nunc ostendit que sunt simul trahibilia ꝛ capibilia: ꝛ que sunt capibilia ꝛ non trahibilia: ꝛ econuerso dicens. ꝙ hec quidem eadem sunt trahibilia ꝛ capibilia sicut lana: hec autem sunt trahibilia ꝛ non capibilia sicut flegma: hec autem sunt econtra capibilia ꝛ nō trahibilia velut spongia. ¶ Intelligendum ꝙ causa trahibilitatis est humidum viscosum non siccatum existens: quoniam humidi est posse extendi ad terminos alienos: ratione autem viscositatis remanet in partibus continuato: ꝛ trahibile quod prolongatur sm vnā dimensionem: abbreuiatur sm aliam: ꝛ ista que complexa seu flexa reuertuntur ad situm primum habent hoc ratione sicci: cuius est terminari termino proprio: vt sepe ostensum fuit.

¶ Sunt porro etiam quedam ductilia, vt es: quedam non ductilia. vt lapis atqꝫ lignuꝫ. Ductilia autē sunt: quorum superficies non tota in latum pariter atqꝫ ꝓfundum migrare eodem ictu potest. non ductilia vero quorum non potest.

¶ Et hec quidem sunt ductibilia velut es: hec autem non ductibilia: velut lapis ꝛ lignum. Sunt autem ductibilia quidem quecunqꝫ eadeꝫ percussione possunt simul in latus ꝛ profundum vel superficiem transferri sm parteꝫ: non ductibilia aūt quecūqꝫ non possunt.

¶ Hic determinat de ductibili dicens. ꝙ ductibilia sunt velut es: non ductibilia vero velut lignum. Unde ductibilia sūt quecunqꝫ corpora possunt eadem percussione simul transferri in latus ꝛ profundum vel superficiem sm partem: nō ductibilia sunt que sic transferri non possunt. ¶ Intelligendum ꝙ corpora ductibilia cedunt percutienti: ꝛ quia non habent vacuum intrinsecum in quod recipiātur partes pulse cedunt sm latum: ꝛ huiusmodi sunt omnia metalla: ꝛ principium ductibilitatis principale est humidum: per quod corpus efficitur molle simpliciter vel in respectu: non ductibilia vero non cedunt percutienti in latus ꝛ profundum sm partes tm̄: aut propter nimiam eorum duritiem: sicut lapis lignū ꝛc. aut ꝓpter hūidi abūdātiā: sicut aqua vinū ꝛc.

¶ Porro ductilia omnia: etiam impressilia sunt. at nō omnia impressilia: ductilia, ceu lignum. quod tamen vt in vniuersum diximus: recurrit. Sed pressatilium: quedam ductilia sunt, quedam minime. cera quidem atqꝫ censi: ductilia sūt: lana aūt atqꝫ aq̄, haudquaqꝫ.

¶ Sunt autem que quidem ductibilia omnia ꝛ impressibilia: impressibilia autem nō omnia ductibilia: velut ligꝫ: vt tamen ad omne est dicere conuertuntur. Capibilium autem hec quidem ductibilia: hec autem non: cera quidē ꝛ lutū ductibilia: lana aūt non: neqꝫ aqua.

¶ Comparat adinuicem ductibilia ꝛ impressibilia ꝛ capibi-

lia dicens ꝙ omnia ductibilia sunt impressibilia: sed non omnia impressibilia sunt ductibilia: quoniam lignuꝫ est impressibile ⁊ non ductibile: communiter tamen simul reperiuntur ⁊ ꝯuerti videntur: sed capibiliuꝫ: hec quidem sunt ductibilia: sicut cera ⁊ lutū: hec aūt nō sūt ductibilia sicut lana.

¶ Sunt ⁊ quedam fissilia, ceu lignum: quedam infissilia, vt fictile. Est aūt fissile: quod ampliorē ꝙ̃ que ab eo qḋ diuidit fiat, diuisionē subire pōt. Nā tūꝫ ꝙ̃ppiā finditur: cum diuisionem ꝙ̃ corpus diuidens adferat maiorē admittit, atqꝫ diuisio ipa: qḋ facultatē obtinet diuidēdi, aduertit. id qḋ: i sectiōe minime euenit.

¶ Sunt autem ⁊ hec quidem scissibilia: velut lignum: hec auteꝫ non scibilia velut later. Est autem scissibile quod potest diuidi ad plus ꝙ̃ diuidens diuidit. Scinditur enim cū ad plus diuidatur ꝙ̃ diuidens diuidit ⁊ precedit diuisio. In detruncatione autem non est hoc.

¶ Hic determinat de scissibili dicens ꝙ scissibilia sunt velut lignum: non scissibilia vero velut later. Est autem scissibile quod potest diuidi ad plus ſm longitudinem ꝙ̃ diuidēs diuidat. Scinditur enim scissibilis ad plus ꝙ̃ diuidens diuidat tangendo: ⁊ precedit diuisio. In detruncatione auteꝫ non est hoc: sed ꝑcise tātū diuidit̄ ꝙ̃tū tāgitur a diuidente.

¶ Infiscilia vero sunt: quecunqꝫ istud pati nequeunt. Porro: fiscile nullum, molle existit. de hisce autem loquor: que absolute ⁊ non ad alia, mollia sunt. ad hunc enim modum: vel ferrum ipsum, molle foret. Nec dura omnia: fissilia sunt. Sed: quecunqꝫ nec liquida nec impressilia, nec friabilia existunt. Talia autem sunt: quecunqꝫ meatus quibus inter se partes coherent, in longū porrectos, sed non in latum habent.

¶ Non scissibilia autem quecunqꝫ nō possunt pati hoc. Est autem neqꝫ molle nullum scissibile. Dico autem simpliciter mollium ⁊ non adinuicem: sic quidem enim ⁊ ferrū erit molle: neqꝫ dura omnia: sed quecunqꝫ neqꝫ humida sunt: neqꝫ impressibilia: neqꝫ cōminuibilia. Talia auteꝫ sunt quecunqꝫ ſm longitudinem habent poros: ſm quos adnascuntur inuiceꝫ: sed non ſm latitudinem.

¶ Ostendit que sunt non scissibilia: dicens: ꝙ non scissibilia sunt quecunqꝫ non possunt pati hoc: scilicet ꝙ plus diuidantur ſm longitudinem ꝙ̃ diuidens diuidat tangēdo. Unde nullum molle est scissibile loquendo de simpliciter mollibus ⁊ non respectiue: quia sic ferrum esset molle: ⁊ tamen non est scissibile: nec omnia dura sunt scissibilia: sed que enim neqꝫ sunt humida neqꝫ impressibilia neqꝫ cōminuibilia: ⁊ talia sunt que habent poros ſm longitudinem ſm quod adinuicem adnascuntur: ⁊ non ſm latitudinem. ¶ Intelligendum ꝙ mollia simpliciter vt aque non sunt scissibilia: nec omnia dura sunt scissibilia: vt que non habent humidū aereum in poris interceptum: sed scissibilia sunt quecunqꝫ non sunt humida actu vt aqua. neqꝫ impressibilia que parum habent de sicco vt cera: neqꝫ cōminuibilia que non habent poros ſm longitudinem dispositos. Scissibilia ergo sunt que sicca existentia habent poros dispositos ſm longitudinem plenos corpore subtiliori: videlicet aere connaturales humido corporis quod scinditur: ⁊ non habent eos dispositos ſm latitudinem: sicut glacies.

¶ Sectilia autem sunt: ex hisce que dura consistant mollia ve sunt, quecunqꝫ nec diuisionem necessario anticipare, nec cōminui cum diuidūtur, possunt. Insectilia vero: quecunqꝫ aut eiusmodi, aut liquida sunt. Nōnulla autem ⁊ sectilia ⁊ fissilia eadem sunt: veluti lignum. verum parte plurima quod per longitudineꝫ fissile est: per latitudinem sectile existit. Cum enim in plura quodqꝫ diuidatur: quo lōgitudines multe vna sunt, eo fissile est. sed quo plures latitudines in vnam conflātur: eo sectile existit.

¶ Detruncabilia autem sunt: constantiuꝫ durorum aut mollium: quecunqꝫ possunt neqꝫ ex necessitate precedere diuisionem: neqꝫ cōminui diuisa. Quecunqꝫ autē non humida fuerint talia detruncabilia. Quedam quideꝫ sunt eadem: ⁊ detruncabilia ⁊ scissibilia: velut lignum: sed vt multuꝫ scissibile quideꝫ ſm longitudinem. detruncabile autem ſm latitudinem. Quoniaꝫ enim diuiditur vnūquodqꝫ in multa: qua quidem longitudines multe ꝙ vnum scissibile hac. qua autē latitudines multe ꝙ vnū detruncabile hac.

¶ Ostendit que sunt detruncabilia: dicens: ꝙ corporuꝫ constantium durorum: aut corporum mollium illa sunt detrūcabilia que non sunt nata ad plus diuidi ꝙ̃ diuidens tangēdo diuidat: neqꝫ sunt nata cōminui diuisa sicut later: ⁊ nitrꝫ: sed istorum quecunqꝫ fuerint non multum humida: sed sicca illa sunt detrūcabilia: vnde eadem sunt detruncabilia ⁊ scissibilia ſm plurimum: velut lignum est scissibile ⁊ detrūcabile: sed diuersimode: quia est scissibile ſm longitudineꝫ: detruncabile autem ſm latitudinem: ⁊ quia omne quod diuiditur in multa diuiditur: qua quidem vnum fit multe lōgitudines. i. multe partes diuidēdo ſm longitudinem hoc scissibile: qua quidē vnū fit multe latitudines. i. partes multe diuidendo ſm latitudinem hoc detruncabile.

¶ Tenacia autem siue lenta sunt: que cuꝫ liquida mollia ue sint, protrahi possunt Talia auteꝫ permutatione fiunt: quecunqꝫ corpora cathenarum modo componuntur. ea enim distendi multum ⁊ rursum contrahi queūt. Que vero non sūt eiusmodi: remitētia existūt.

¶ Uiscosum autem est quando trahibile aut humidum existēs molle fuerit. Tale auteꝫ fit cōcathenatione quecūqꝫ velut cathene cōponunt̄ corporū: hec eni ad multū possunt extēdi ⁊ ꝯuenire. Quecūqꝫ aūt nō talia: frāgibilia sūt.

¶ Hic determinat de viscoso ⁊ frangibili sibi opposito: dicens: ꝙ viscosum est quando trahibile humidum existens fuerit molle: tale enim trahibile fit concathenatione ex viscositate prouenientē: quecunqꝫ enim velut cathene componuntur corporum hec ad multum possunt extendi ⁊ conuenire: id est continuari: quecunqꝫ autem corporum non fuerint: talia hec sunt frangibilia. ¶ Intelligendum ꝙ viscositas tenet partes fortiter inuicem continuas sicut cathene: quod potest esse: aut quia calidum mouens fortiter vnit siccum cum humido terminando sicut in oleo aut in pice: aut ꝙ frigidū fortiter cōprimit hūidū cū sicco vt accidit i ſtate.

¶ At densatilia sunt: quecūqꝫ pressatilium stabilem sibi pā ꝙ̃ hꝫ ꝯsilationē. Indēsatilia vero: quecunqꝫ vel ipressa-

tilia sunt

tilia sunt, aut pressationem obtinent inconstantem.

¶ Cōmassabilia autem quecunqz capibilium permanentem habent capturam. Incōmassabilia autem quecunqz aut totaliter non capibilia sunt: aut non mansiuam habent capturam.

¶ Hic determinat de cōmassabilibus: dicens ꝙ cōmassabilia sunt quecunqz capibilium habent capturam permanentem: sicut cera. Incōmassabilia autem dicuntur quecunqz aut non capiuntur sicut lapis: aut mansiuam non habent capturam: sicut spongia ⁊ lana.

¶ Tractatus tertij: in quo determinatur de vstibili, exhalabili, ⁊ inflāmabili. Cap. IIII.

Quinetiam quedaz, combustilia sunt: quedam, incombustilia. verbi causa. lignum, ossa, lana, combustilia sunt: lapis atqz glacies, minime.

Et hec quidem vstibilia sunt: hec autem inustibilia: velut lignuz quidez vstibile ⁊ lana ⁊ os: lapis autem ⁊ glacies inustibile.

Istud est quartum capitulū huius tractatus: in quo Aristo. determinat de vstibili exhalabili ⁊ inflāmabili. Et duo facit. primo premittit intentum. secundo prosequitur. ibi [Sunt autem.] Dicit de prima ꝙ corporum quedam sunt vstibilia: ⁊ quedam non vstibilia. vstibilia sunt sicut lignum lana ⁊ os. Inustibilia vero sunt velut lapis ⁊ glacies: lapis quidem propter abundantiam sicci. glacies: aut propter abundantiam humidi.

¶ Combustibilia autē sunt: quecunqz meatus habent eiusmodi vt ignem introrsum admittant, atqz in hisce meatibus qui per rectum disposita sunt minus valentē ꝙ ignē ꝯtinēt hūorē. At q̄ nullū hñt aut valētiorē, ceu glacies ⁊ q̄ vehemēter virēt: incōbustilia sunt.

¶ Sunt autem vstibilia quecunqz habent poros susceptiuos ignis: ⁊ humiditatem in his qui ſm directum poris debiliorez igne. Quecunqz autem non habent: aut fortiorem velut glacies: ⁊ que valde viridia inustibilia.

¶ Prosequitur: ⁊ tria facit. primo determinat de vstibili. secundo ibi. [Exhalabilia] determinat de exhalabili. tertio ibi [Vstibilia.] Reuertitur ad determinandum de vstibili. ¶ Dicit de prima ꝙ vstibilia sunt quecunqz habent poros susceptiuos ignis: ⁊ humiditatem in his poris qui sunt ſm directum debiliorem igne. quecunqz autem non habent poros vt hebenus: aut habēt poros: sed habent humiditatem aqueam seu valde grossam fortiorem igne sunt inustibilia: sicut glacies ⁊ que sunt valde viridia. ¶ Intelligendum ꝙ corporum illa sunt vstibilia que habent poros bene passibiles ab igne ⁊ humiditatem aeream que est pabulum ignis in poris dispositam ſm rectitudinē humiditatis autē aquea aut valde grossa est inepta adustioni ⁊c.

¶ Exhalabilia autem sunt: quecunqz corpora humorem habent, sic tamen habent vt euaporare nisi ignitis addantur non possint. Est enim vapor: ab humido in spiritum aeremqz vi caloris vrentis facta secretio que madefacere queat. Ea autē: in aerē tp̄is spatio secernunt̄. atqz euanescēdo: alia arida, alia terra fiūt.

¶ Exhalabilia autem sunt corporum quecūqz humiditatem habent quidem: sic autem habent vt non euaporet ab ignitis seorsum. Est enim vapor que a calido vstiuo in aerez ⁊ spirituz segregatio ex humido madefactiuo. Exhalabilia autē tēpore in aerē segregātur: ⁊ hec quidē disparētia sicca. hec autem terra fiunt.

¶ Hic determinat de exhalabili. Et quinqz facit. p̄mo hoc. secundo ponit differentiam inter hanc segregationem ⁊ vaporem. tertio tangit diuersas nominationes exhalationis. quarto concludit correlarium. quinto adiungit de quodam vino: partes patebunt. ¶ Dicit de prima ꝙ illa de numero corporum sunt exhalabilia quecunqz habent humiditatem scilicet subtilem ⁊ aeream. ⁊ sic habent eam ꝙ exhalet ab eis: non per hoc ꝙ sint ignita: sicut patet in pomis diu reseruatis: a quibus non ignitis exhalat humidum ⁊ corrugantur. simile accidit in plantis ⁊ in animalib⁹: segregatio ergo hoc modo facta dicitur exhalatio: sed vapor est segregatio que est ex humido madefactiuo in aerem seu spiritum a calido vstiuo. ¶ Exhalabilia autem segregantur in aerem tēpore. i. per moram temporis solum: ⁊ quedam que sunt magis humida fiunt disparentia sicco. i. disparent ⁊ siccantur: sicut vinum: quedam vero fiunt terra resolutis partibus subtilibus ⁊ grossioribus remanentibus: vt dictum est de pomo. ¶ Intelligendum ꝙ hic non capitur exhalatio sicut capiebatur in precedentibus libris pro segregatione calida ⁊ sicca que est mā ignium ⁊ ventorū: sed capitur pro segregatione humidi nālis a corpore insensibiliter egrediente: per cuius exitū corpus paulatī minorat̄ ⁊ exiccat̄: ꝗre ⁊c.

¶ Sed hec secretio in hoc discrimen nata est: ꝙ neqz madefacit, neqz spiritus efficitur. Est autem spiritus: fluxus aeris in longitudinem continuus. Exhalatio vero: cōmunis sicci ⁊ humidi secretio, que vniuersim caloris vstiui opera fieri solet. Proinde non madefacit: sed colorem potius admouet.

¶ Differt autem hec segregatio: q2 neqz madefacit neqz spiritus fit. Est autem spiritus fluxus continuus aeris ad longitudinem. Exhalatio autez que a calido vstiuo cōmunis segregatio sicci ⁊ hūidi aeris. Propter quod quidem non madefacit sed colorat magis.

¶ Ponit differentiam inter hanc segregationem ⁊ vaporez per vaporem intelligendo omnem segregationem factam a calido vstiuo siue sit humida siue sicca. dicens ꝙ hec segregatio prius dicta que nō est facta a calido vstiuo differt ab ea que fit a calido vstiuo: q2 non madefacit sensibiliter vt facit vapor aqueus: nec fit spiritus. i. ventus vt facit vapor terrestris. ¶ Deinde subdit quid est spiritus: dicens ꝙ spiritus siue ventus est fluxus continuus aeris ad longitudinem: ⁊ est predicatio causalis: q2 ventus nō est talis fluxus: sed facit ipsum. Exhalatio autem est a calido vstiuo sumit̄ cōmuniter pro omni tali segregatione: siue fuerit sicci siue humidi aerei. Propter quod sepe nō madefacit sensibiliter sed colorat magis ratione calidi vstiui.

¶ Est autem lignosi quidem corporis exhalatio: fumus. Eodem nomine: ⁊ ossa, ⁊ pilos, ⁊ quicquid est eiusmodi, appellito. nam tametsi cōmune nomen inditū non: est omnia tamen sub eodem proportionis lege comprehendūt̄. quemadmodū ⁊ Empe. inqt.

Hec pili, squame frondes, ⁊ densa volucrum.
Pluma solent fieri, quis viuida membra tegantur.

Pinguis autē: fuligo. oleosi vero: nidor.

¶ Est autem que quidez lignei corporis exha

latio fumus. dico eniȝ ⁊ ossa ⁊ pilos ⁊ omne qđ tale in eodē. nō eni iacet nomē cōe: sed ꝑm analogiā: tn̄ i eodē oīa sūt: sicut ⁊ Epedocles ait. Hec: pili: ⁊ folia: ⁊ auiuȝ plume: spisse: ⁊ squame fiūt sup solida mēbra: q̄ aūt pinguis exhalatio linguis: que autem vnctuosi kinsa.

¶ Tangit diuersas nominationes exhalationis: dicens ꝙ exhalatio que est lignei corporis quod ab igne comburitur dicitur fumus. Et similiter est de exhalatione facta ex combustione ossis seu pili. nec habemus vnum cōmune nomen ad omnes tales exhalationes nisi ꝑm analogiam: sicut Empedocles dicit: ꝙ pili ⁊ folia ⁊ auium plume ⁊ squame piscium fiunt spisse super solida membra seu corpora: quod anologice ⁊ non vniuoce competit eis. Exhalatio vo que est corporis pinguis vocatur linguis in greco: ⁊ que est corporis vnctuosi kinsa.

¶ Ea de cā oleū nec decoq̄r nec crassescit: ꝙ exhalabile non euaporabile sit. at aqua: haudquaq̄ exhalabilis est sed euaporabilis.

¶ Propter quod oleum non patitur pepsim: neqȝ ingrossat̄: q: exhalabile est: sed nō vaporabile: aq̄ āt nō est exhalabilis: ꝫ vaporabilis.

¶ Cōcludit correlariū dicēs: ꝙ propter hoc ꝙ pinguia ⁊ vnctuosa sunt exhalabilia oleū non patitur pepsim. i. exhalationem nec ingrossat̄: q: exhalabile est: ⁊ non euaporabile. aqua non est exhalabilis sed euaporabilis: quare ⁊c̄.

scositas ꝛ pellis ꝛ illud vinū est venenosūꝫ valde pp cāꝫ p
dictā. ¶ 9° ꝯtingit ꝙ fulmē pcutiēs corpa venenosa remo
uet venenū:ꝛ si pcutiat corpus sanū facit illud venenosum:
nec est incōueniēs:qꝛ aer sufflatus extinguit cādelā accēsaꝫ
ꝛ extinctā accēdit ꝛ sol idurat lutū ꝛ liq̄facit cerā:qō est pp
diuersitatē dispōnū mãe. ¶ 10° ꝯtingit fulmē fieri ꝙ vbi
cūqꝫ attingit hoiēꝫ siue in digito siue in pede iterficit totum
hoiēꝫ:ꝛ h' est pp venenositatē suā:qꝛ alterata vna pte ista
alterat aliā:ꝛ sic totū sic ꝯtingit in aliꝗs venenosis:vt pꝫ in
morsu rabidi canis:ꝛ in pūctione aranearū ꝛ serpētū. ¶ 11°
ꝯtingit ꝙ nullū aīal euadit a fulmine pcussūꝫ excepto solo
hoīe pp h' ꝙ est nobilius:vel ēt qꝛ hō plā scit ꝛ meli^9 medi
cinis pōt iuuari. ¶ 12° ꝯtingit ꝙ dormiēs pcussus fulmine
īueniẽ hñre aptos oculos:sꝫ vigilās clausos:cā ē p^ma qꝛ dor
miētes pcussi p subitā lesionē expgefiūt ꝛ apiunt oculos:ꝛ
sic moriunẽ aptis oculis. ¶ 13° accidit ꝙ oīa pcussa a fulmi
ne vertunt faciē circa fulmē ꝛ ꝯ locū a quo venit:ꝛ cā est in
aīalis:qꝛ nālr sunt nata ad defendēdū se:ꝛ iō vertūt se versus
illuc vñ venit offensio:ꝛ pp stupefactionē ꝛ admirationez
vertūt se illuc:sꝫ inanimata pp alterationē magnā factā ex
ista pte se flectūt illuc. ¶ 14° accidit ꝙ fetus corrūpiẽ in vē
tre mr̄is matre illesa:ꝛ hoc est pp debilitatē magnā fetus.
¶ 15° accidit ꝙ in corpib^9 extocatis veneno fulminis nō ge
neranẽ vermes:tñ aliꝗ dicūt ꝙ in venenatis a fulmine bñ
ꝯtingit:sed nō in aliꝗs:ꝛ pōt eē cā:qꝛ venena sunt multū di
uersa:ꝛ fm diuersitatis modoꝝ prīt fieri diuersa:sꝫ deter
minate cāe sunt nobis occulte ꝛ ignote. ¶ 16° ꝯtingit ꝙ se
reno tpe aliqui interficiunẽ a fulmine:ꝛ cā est:qꝛ eleuaẽ bñ
exhalatio sine nubibus:ꝛ ꝓpter medie regionis frigus re

percutitur a tpe sereno. ¶ 17° ptingit q fulmē nō ledit nimis i locis subterraneis: nō tamē sicut i alijs: cā est: q2 nō facile est fortia edificia terra penetrare sicut aerē. ¶ Sz de remedijs circa fulmē. dicit Seneca q antiquis reges qñ erāt i cāpis tpe fulminis tāgebāt tētoria pellib⁹ vitulor̄ marior̄: cā ē: q2 hñt ista a tota spē p qd fulmē ñ ledit ea: sic pñt eē qdā lapides vl herbe hñtes virtutē ꝯ fulmē. q̄re rc.

Virtutes contra fulmina.

Ad rōnes. Ad p͠m ꝯcedit añs. Ad 2m ... probōnē locus rc. dico q in ꝓposito hoc nō nocet. ¶ Ad aliā dōz q h hñ pōt fieri violēte vl aliquo extrinseco incipiēte actionē q postea sic moueaƭ. ¶ Ad 3m ꝯce° q aliq̄ cōburit: nō oia pp diuersas dispōnes fulmis mãe. ¶ Ad aliā i aliq̄ tpe rc. dico q fit f3 dispōnē tēpor̄ mãe. ¶ Ad 5m dē q dim dispōnes mãe. Et sic p3 vltia qōne libri tertij methauror̄ Ari. Ad laudem olpotētis Jesu chri genetricis eius Marie seraphici Frācisci gloriose Catherine: necnon totius curie celestis. Amen.

¶ Explicit liber secundus. Incipit tertius.

PRimo q̄rit vtrū oīs radi⁹ visualis refrāgaƭ in occursu medij densioris vel rarioris. Et arguiƭ p° q nō. nā radius ꝑpēdicularis reflectiƭ nō refrāgiƭ: g̊ a multo fortiori oēs alij radij reflectunƭ nō refrāgunƭ in occursu medij dēsioris. ꝯña t3 ex h q ꝑpēdicularis radius est oium fortissimus: pp qd dicūt ꝑspectiui q radi⁹ ꝑpēdicularis penetrat in refract⁹ vl nō refract⁹. añs p3. nā p experiētias videm⁹ q oculus fuerit ꝑpēdiculariter obiect⁹ speculo q radi⁹ visualis reflectiƭ sup eūdē oculū: h est qd dicit 2° ꝓ libri de specul: q̄lis cuiq3 speculo incidit radi⁹ eq̄les faciens angulos his sup seip3 reflectiƭ: p3 q ꝑpēdicularis radi⁹ ē talis q eq̄les facit angulos ex vtraq3 pte. g̊ reflectiƭ reuertiƭ in seip3. ¶ Scdo si sic: tūc idez accidēs esset in diuersis subiectis. ꝯñs est fl'm: falte de accñtibus extēsis: q2 accñtia numeranƭ numeratiōe subior̄. 7° meta. f3 ꝯña ꝓbaƭ: q2 radius visualis est accñs cū sit spēs p quā fit visio: si g̊ talis radius frāgiƭ: igiƭ est in p° medio in medio occurrēte. alr nō eēt radi⁹ fract⁹: q2 nullus radi⁹ in p° medio est fract⁹: nec aliquis in 2°. si g̊ tot⁹ radius dī fractus erit idē radi⁹ in ambobus medijs subiectis. ¶ 3° si sic: tūc nihil posset videri in eodē loco in q̊ est: vel apparere eē vbi est. ꝯñs est fl'm: ꝯ experiētiā. ꝯña t3 ex hoc: q2 organū visus est qddā mediū diaphanū dēsius q̄ sit aer. si g̊ oīs radi⁹ in occursu dēsioris medij frāgiƭ: seqƭ q frāgaƭ sup organū visus: si sic cū visus extimet vel indicet oia q̊ videt lineis rectis se videre. f'm q dicit 2m p͠n libri de specul: visa oia recte videri: seqƭ etiā q res appareat ꝓpinquis eē q̄ sit vel remoti⁹: q2 appet in termino recte linee subtēse angulo quē cāūt due linee cāntes fractionē: illa breuior est illis duab⁹ f3 q appet p 20ꝫ ꝯnē p° Euclidis vl appebit remoti⁹ pp diuersitatē mediorū. ¶ 4° si sic. tūc radi⁹ visualis hēret resistētiā in occursu dēsioris. ꝯñs est fl'z. ꝯña t3: q2 radi⁹ nō frāgiƭ sine cā: nec sine resistētia maiori: q2 si eēt eq̄litas medior̄ nō frāgereƭ: f3 falsitas ꝓbaƭ: q2 si luminosū vel visibile duob⁹ medijs illuminabilib⁹ ineq̄lr dēsis subito vel in instāti eēt approximatū ipm illuminaret eq̄ cito vtrūq3: imo vtrūq3 subito vt puto g̊ nō est maior resistētia: imo nā nec in vno nec in alio: alr si eēt resistētia cāret successionē: q2 successio cāūt ex resistētia mobil' ad motorē: vt dic Cōmē. 4° phy. ¶ 5° si sic. tūc visus vel visio fieret extramittēdo. ꝯñs est fl'm: ꝯ 2m de ala. ꝯña t3: q2 radius visualis nō est aliud q̄ radi⁹ ꝓcedēs a visu: si ille frāgiƭ erit extramittēdo. ¶ 6° si sic. ponaƭ igiƭ q occurrat mediū rari⁹ postq̄ radi⁹ fuerit ꝓduct⁹ in dēsiori: tūc p qōnē talis radius frāgereƭ ēt: f3 h ꝓbaƭ eē fl'm: nō enī frāgiƭ ex nā radij: cū radi⁹ sit aptus nat⁹ directe ꝓcedere: nō est īpeditus p mediū rari⁹: q2 qcqd pōt dēsi⁹

E.c.71.
T.c.118.

mediū agere: hoc pōt in rari⁹: adhuc plus: g̊ si pōt recte ꝓcedere in dēsiori medio poterit ēt in rariori f3 eādē rectā lineā ꝓcedere: nec pōt dici q mediū h nō faciat: f3 radi⁹: q2 capto pūcto in dēsiori medio a quo dicis radiū se curuare. Queriƭ tūc vtrū f'm lineā rectā multiplicet se in mediū rarius: vel nō. si sic: g̊ nō frangiƭ. si nō. ꝯ: q2 oē agens nãle vndiq3 spherice figure diffundit actionē suā: spēs visiua est agēs nãle: ex alio: q2 ocul⁹ extñs in rariori medio vbicūq3 eēt posset illud visibile in dēsiori videre: qd nō eēt nisi vndiq3 ageret. ¶ 7° si sic: tūc aliquo ispiciēte se in aquā aere illuminato facie radi⁹ visualis frāgereƭ. ꝯña t3: q2 aqua est dēsior aere occurrēs radio visuali inspiciētis. falsitas ꝓbaƭ: nā hō radius reflectiƭ: q2 hō speculaƭ seip3: vt fit in aq̄: igiƭ nō refrāgiƭ. ꝯña ista t3 ex hoc: q2 reflecti nō est refrāgi. ¶ Itē si sic: tūc in aere fieret refractio: posito q oculus vidētis eēt in aq̄: ista ꝯña t3: ex eo qd dī in lr̄a q ab aq̄ ab aere: ab oib⁹ planā supficiē hñtib⁹ fit illud: f3 falsitas ꝓbaƭ: q2 oculo extñte in aqua nō fit refractio in aqua: igiƭ multum minus fit in aere: cum aer sit minus potens q̄ aqua.

In oppositū est Ari. in 3° hui⁹ tractatu 2° vbi dic. Q2 gdē g̊ visus refrāgiƭ: ab aq̄ ab aere ex his q̊ circa visuz ondsa sunt oz accipere. Et q ab oib⁹ hñtibus planā supficiē hoc fiet: quo p3 q radius frāgiƭ in occursu densioris: hoc probatur per experientias.

In qōne p° videbiƭ de terminis qb⁹ vtēdū est in ista qōne in sequētib⁹. ¶ Deinde de q̄sito: puta si oīs radi⁹ refrāgaƭ: si nō oīs: q refrāgaƭ: quis non.

Unde primo notādū q Ari. in lr̄a semp dicit visum frāgi vel reflecti: intēdit p visum radiū visualē: nō potētiā visiuā nec organū: ille erat modus loquēdi perspectiuorum. s. Ptholomei aliorum. ¶ Deinde notādū q nō est cura in ꝓposito: vtrum radius veniat ab obto visibili ad visuz vel ecōuerso: q2 quocunq3 mō fiant linee radiales: eodē mō se haberēt demōstrationes silr ꝓcederent. ¶ Tñ pro isto sit ꝯclo ista. q visus nō necessario fit per radiū exeūtē ab oculo ad obm: sed per radiū procedētē ab obto vsq3 ad oculū iclusiue: ista p3 2° de ala: q2 visus nō fit extramittēdo: sed intus suscipiēdo: hinc ꝯcordat Alacē Uitulo in 3° 4° ꝑspectiue: f3 tñ alij posteriores ꝑspectiui. sicut Lincoñ. in ꝑspectiua sua dicit visum fieri extramittēdo radiū ab oculo: qd ꝓbat de oculis gatar̄ qui capiūt mures de nocte: vñ oculis suis luminosis illuminant visibilia: sic vidēt extramittēdo radiū. Et silr de oculis lupor̄ quorūdā canū piscium: cōformiter dicit esse de oibus oculis aialiū: f3 nō ita hñ sentiam⁹. Sed tñ istud non obstat: q2 quāuis radi⁹ ab aliqbus oculis sic ꝓcederet: tñ nō op3 in oibus: imo op3 aliū radiū a visuali obiecto ꝓcedere multiplicare vsq3 ad oculū: sic q visus recipiat species rerū sine mã añq̄ fiat visio: vt p3 2° de ala. attñ quocūq3 fiat nihil est ad q̄situ. ¶ Tñ nōn͠ q refrāgi radiū vel frāgi in ꝓposito sumiƭ p eodē: vñ radi⁹ visualis ꝓcedēs a visibili sup mediū aliqd dēsius q̄ sit mediū in q̊ est visibile p quē radiū diffunditur similitudo rei visibilis vel est ipsamet similitudo rei diffusa vsq3 ad mediū occurrēs dicitƭ linea incidentie vel radius incidentie. Sed radius qui a superficie vbi radius incidit reuerberaƭ per quē redit forma vel similitudo rei visibilis ad eandē differentiā positionis extra medium ille dicaƭ radius reflexionis vel linea: sed radius ꝓcedēs vltra mediū densius nō f'm rectū processum: f'm quē linea incidētie ꝓcessit dī radius vel linea refractionis. Sz angulus qui cāūt a linea incidētie cum sup quā fit incidentia dicitur angulus incidentie. Sz angulus refractionis dicitur minor angulus quem causat linea refractionis cum superficie eadē: vel minor angulus quem causat linea refractionis cū linea ꝑpēdiculari sup eādē supficiē in q̊ fit refractio: sic aliq volūt q angulus incidētie dī minor angulus quē ꝯtinet

Aris. p° in quo correspondet termini q̄stionis.

Visionem non fieri extramittēdo.
T.c.118.

T.c.131.
Quid sit radius reflexionis quid radius incidentie.

linea recta cū linea ꝑpēdiclari ducta a pūcto refractiōis sup
supficiē duo media diuidētē. Sz tñ qd vocet̃ angulus refra
ctionis vl̃ icidētie videbit̃ ifra. Sz iste diffōnes iā dicte po
nunt̃ in pn° decimi pspectiue Uitulonis. ¶ Ulteri° nōn^m q
fractio radij vel radi° frāgi nō est aliud q̄ ꝯcursus radij in
cidētie cū radijs refractiōis. Uñ sciēdū q qñ aliqs angulus
noiat̃ p tres lr̃as: tūc angulus q denotat̃ signat̃ p mediā lr̃a:
vt pz in oib° libris mathematicis: vt ḡ pdicte diffōnes itelli
gant̃ ponat̃ q.a.b. sit linea recta diuidēs duo media diuersaz
diaphaneitatū: sicut aer ⁊ aq̄. Deīde ponat̃ q diaphaneitatū
linea recta ꝑpēdicul'r cadat sup.a.b.q̄ sit.c.⁊ in puncto.c.ꝓ
ducat̃ in ꝯtinuū ⁊ directū vsqz ad.f. postea icidat radi° a lu
minoso vel visibili: qd sit.d. fm rectā lineā fm pūctū.c. sic q
radi°.d.c. rect° oblique cadat.i. nō ꝑpēdicul'r sup.a.b. in pun
cto.c.⁊ ꝓducat̃.d.c. in contrariū ⁊ directū vsqz ad punctū.g.
Deinde inter.a.c.⁊.f.c. ducatur recta linea.f.c.⁊ iter.a.c.⁊.e.c.
ducat̃.k.c. dico ḡ q angulus.d.c.b. dī angulus icidētie: sz an
gulus.k.c. reflexionis radi°: sed.c.d. linea dī ꝑpendicularis ⁊
sup.c.f.⁊.d.c.g. dī linea incessus recti vel rect° icessus: sz in.c.
linea dī linea refractiōis: ⁊ tot° ille angulus.d.c.m. dī angu
lus refractiōis: vel iste in.c.f.g est minor ꝯtēt° a radio cōfra
ctionis: ⁊ linea ꝑpendiculari: sit ḡ.d.c. radius icidēs sup pun
ctū.c. si tūc ille nō ꝓcedit: ille inter.g.⁊.c.⁊.e.f. tūc talis decli
natio ab incessu recto causat angulū refractionis. ¶ Querit
ḡ qd nūq̄d ois radius sic frāgat̃ in occursu medij densioris.
¶ Pro q̄ nōn^m q rarū dī cui° ptes remote abinuicē iacēt: ⁊
densuz cui° ptes ꝓpinque. ¶ Uel alr̃. rarū est qd sub magna
q̄titate hz modicū de mā: sicut ignis ⁊ aer: sz dēsuz est qd sub
modica q̄titate multū hz de mā. Sz tñ in ꝓposito sumitur
dēsi° p min° diaphanū ⁊ rari° p magis diaphanū: qr certuz
est q celū nō hz mām: tñ est diaphanū ⁊ densuz: ⁊ ēt rarum.
Silr vitra q̄uis sint densiora aq̄ ⁊ duriora: tñ qbusdā aquis
sunt magis diaphana. ¶ Tūc sit pa ꝯ ista. si luminosuz aliqd
vel visibile diffūdat radiū p media diuersaz raritatū lumi
noso exñte in medio rariori occurrēte medio densiori radi°
oblique icidēs refrangit̃ ꝓbat̃ p expientias sensibiles: nā si
in vase ponat̃ florenus ⁊ recedat quis vidēs quousqz latera
vasis ipediāt ipz a visione floreni: ⁊ tūc stet ⁊ faciat aquam
mūdā ifundi ad vas remanēte denario in loco in q̄ pus fuit
ipse poterit eū vidē qd nō eēt nisi radi° visualis refrangeret̃.
¶ Hoc idē expimur p aliud. si.n. capiat̃ linea recta q̄ ꝓten
dat̃ ab oculo vsqz ad latera vasis: ⁊ vlteri° ꝓcedit ad aquaz
ista recta linea nō tāget denariū: ⁊ ob h̄ visio denarij fit p li
neā fractā. ¶ Itē posito eodē denario sic iaz positū est si ba
listari° cū balista figēs visuz fm rectā lineā baliste sup dena
riū: ⁊ si fz illā rectā lineā sagittauerit nō attinget denariū: qr
rectus radi° nō ꝓcedet sup denariū sz fractus. ¶ Itē supto
crystallo vel vrinali pleno aquaz mundaz: ⁊ posito ipso in
radijs solis radij oblique icidētes sup supficiē vrinalis ver
sus solē oēs refrangunt̃: ⁊ ꝯcurrūt ad pūctū vnuz ex alia pte
vrinalis vbi fit valde itensa lux: qd nō eēt nisi radij oblique
icidētes refrangerent̃. ex istis expiētijs pz ꝯ. Ex q̄ ꝯne pz q
q̄tūcūqz intēsi vel fortes sint radij oblique icidētes sup me
dia dēsiora oēs frangunt̃: nec mutat: nec minuit fractionē ra
dioꝝ ineq̄litas in icēsione si cetera sint paria. ¶ Scd̃a ꝯ est
ista. q si radi° ꝓcedēs a lumioso exñte in rariori medio oc
currēte dēsiori medio nō icidat obliq̄: sz ꝑpēdicul'r: ⁊ directe
talis ꝓcedit irrefract°: ista iteꝝ ꝓbat̃ p expiētias: qr talia vi
sibilia videm° p lineā rectā ꝓtēsaz ab oculo i vtrūqz mediū
⁊ sagittatores fz rectas lineas sagittātes recte metā iueniūt.
Ex isto pz q q̄tūcūqz itensi sint ieq̄lr radij: dūmō sint ꝑpē
diculares sup media dēsiora occurrētia in q̄ pñt agere dire
cte ꝓcedūt eq̄lr: nec ipedit ieq̄litas intēsionū: ⁊ hui° rō est: qr
p ꝯnē ꝓcedūt irrefracte ⁊ directe. mō ꝯstat q vna linea re
cta non est rectior alia. alr̃ statim altera esset obliq̄: pz ēt ꝯ ⁊

corelariū rōne: qr si ꝑpēdicularis radi° frangeret̃ oporteret:
vel qd ad oēm diāz pōnis frāgeret̃ vel ad aliquā determi
natā: ⁊ ad aliquā nō: sz nullū istoꝝ pōt dari nō ad oēm: qr iā
nō eēt radi°: sz magis icorpatio lucis: sic luna icorpat lumen
solis dū illuminat̃ a sole. nec pōt dici z^m cū nā posset dari cā
pp quā ad illā ptē reflectat̃ radi° plus q̄ ad aliā. ḡ relinquit̃
q ad nullā ptē restringit̃: sz directe ꝓcedit. ¶ 3a ꝯ lumioso
exñte i medio rariori occurrēte medio dēsiori sup qd obliq̄
radiet radi° frāgit̃ ab incessu recto ad ꝑpēdicularē: istud ꝓ
bat̃ in ex° pus posito: sic q.d. sit visibile ⁊ ꝓcedat radi° obli
quus vsqz ad.c. tūc nō multiplicat̃ in cōtinuū ⁊ directū: sed
declinabit iter.c.g.⁊.e.f. faciēdo radiū.c.m. q radi°.c.m. decli
nat vel recedit ab icessu recto ad ꝑpēdicularē.e.f.⁊ h̄ expiē
tie docebāt: de qb° dictū fuit circa pam ꝯnē. ¶ Ex istis ꝯnib°
pdictis pz solo qōnis: qr aliqs radi° frāgit̃ in occursu medij
dēsioris vel rarioris: ⁊ aliqs radi° nō frangit̃ in occursu den
sioris: sicut ꝑpēdicularis: ex qb° pz q nō ois radi° frangit̃: ⁊
iō qō falsa. ¶ Sz diceres circa tertiā ꝯnē: ⁊ pmā q̄ est cā q
occurrēte medio dēsiori frāgit̃ ab icessu recto ad ꝑpēdicula
rē vel q̄uolibet alr̃. ¶ Dōm q est ex nā radij: qr sic apt° na
tus est agē talib° passis approximatis: sic medici dicūt aliq̄s
herbas calefacē a tota spē: sicut hō ridet a tota spē. ¶ Alia
cā ꝓbabilis pōt eē: qr multiplicato radio a.d. vsqz ad.c.⁊ ra
dius.d.c. iueniēs mediū dēsius ⁊ maioris resistētie occurre
re: nō pōt ꝓcedere vniformiter: ⁊ vno mō sicut si mediū mā
sisset vniforme ⁊ ꝯsilē: ⁊ iō nō pōt ꝓcedere p incessuz rectū:
nec pōt ꝓcedere vltra icessuz rectū declinādo a ꝑpēdiculari:
⁊ ab incessu recto silr: qr h̄ eēt difficili°: ⁊ forte vtus ei° nō suf
ficeret: ⁊ iō ꝓcedit iter.c.g.⁊.e.f. approximādo ꝑpēdiculari: ⁊
h̄ ex eo: qr ꝑpēdicularis radi° est fortissim° ⁊ ꝓpinquiores sūt
ꝓportionalr̃ fortiores: ⁊ iō accedit ad ꝑpēdicularē. vt fortifice
tur: ⁊ ꝯsilis est cā q̄re fiat eꝯ in ꝯcursu medij rarioris si lu
minosuz fuerit in medio dēsiori. Radius.n. est fortis in dēso
medio. ⁊ ḡ si occurrat mediū: radi° diffūdit vtutē suā latius:
⁊ iō declinat ab icessu recto ⁊ ꝑpendiculari. ¶ Tñ nōn^m q
idē ⁊ vn° pūctus medij rarioris pōt eē termin° icessus recti
ad quē deberet vn° radi° recte ꝓcedēdo terminari si nō ipe
dit̃: ⁊ cū hoc est termin° icessus obliq̄ alteri° alibi icidētis: ⁊
hoc appet in figura. ¶ Ultima ꝯ sit ista q in medio vnifor
mi radi° luminosi nullo mō frangit̃ sz directe ꝓcedit. ista p
expientias pz: qr videm° q luminaria: sicut sol ⁊ luna radian
tia p fenestras ⁊ foramina fz rectas lineas suū lumē diffun
dunt: ⁊ h̄ dico excludēdo errores isensibiles saltē in modica
distātia: qr i distātia imoderata posset falsigraphus appere.

Per hoc ḡ ad rōnes in oppositū. Ad pm ꝑpēdicula
ris ⁊c̃. negat̃ ꝯña. Ad ꝓbōnē cū dī q diffi
cili° est reflecti q̄ frāgi: dico nō ceteris parib°. Sed diceres
aliq̄ corpa bñ refrāgunt̃ q̄ nō pñt reflecti. dico q nulla sunt
talia: imo oia refrāgētia sūt q̄dāmō reflectētia: sz nō eq̄ sensi
bil'r faciāt vtrūqz. vñ Ar.z° de aia vult q lumē sit reflexio
lucis i medio q̄cūqz: ⁊ h̄ idē vult Alacē in tractatu de crepu
sculis: qr q̄tūcūqz mediū sit: tñ est aliquāte dēsitatis: ⁊ hz re
flectē. ¶ Alr̃ pōt dici dato q facili° ē frāgi q̄ reflecti adhuc
ꝑpēdicularis: sz reflectat̃: tñ adhuc ꝓcedit directe ⁊ nō fran
git̃ iuxta pūctū nisi icidat ꝑpendicul'r: sz certū est q sunt di
uersi radij. s. reflexus: ⁊ radius vlteri° ꝓcedēs in mediū den
sius: ⁊ ēt radi° icidētie ⁊ reflexionis in eodē medio totalr̃ co
extēdunt̃. ¶ Ad z^m tūc idē accñs ⁊c̃. negat̃ ꝯña. vñ nō est
idē accñs radi° icidētie cū radio refractiōis: sz secū vno noie
noiat̃: qr radius icidēs est in vno medio: ⁊ vlteri° ꝓcedēs in
alio: ⁊ isti duo sil' vocant̃ radi° reflexus: sicut duo ligna ꝯiun
cta orthogonalr̃ dr̃ gnomon: ⁊ lapides ⁊ ligna dr̃ domus.
¶ Ad 3m si sic. tūc nihil posset videri ⁊c̃. negat̃ ꝯña. Ad ꝓba
tionē cū dī oculus est dēsior ⁊c̃. dōz q radi° icidēs sup supfi
ciē oculi ꝑpendiculariter nō frangit̃: sed directe ostēdit rem

Questio fensus. Quid ra rū qd den suz sit.

Cōclo pa ꝯ misalia.

Ad rōnes pncipales

Z.cō.73.

τ ꝓpter h̄ hoies vertūt oculos ad visibilia: τ ideo nā ordinauit ꝙ glaciale oculi sit sphericē figure: τ vt vndiqꝫ possit cito incidere radi⁹ ꝑpēdicularis: τ ēt ordinauit oculū volubilē hinc inde. ¶ Ad 4ᵐ cū dicit̄ tūc radius τc̄. dico ꝙ hoc nō hꝫ resistentiā ad causandū successionē qm̄ si subito eēt approximatum causaret spēs vel illuminaret: sꝫ hꝫ sic resistētiā ex pte densioris medij ꝙ min⁹ intense ꝓducit̄ lumē ꝙ̄ si tāta dēsitas medij nō eēt sꝫ mior. τ h̄ satis est possē: τ hoc credit̄. ¶ Ad 5ᵐ: tunc radius visualis τc̄. dico ꝙ nō dr̄ visualis eo ꝙ ꝓcedat a visu: sꝫ qꝛ illo mediāte videmus. ¶ Ad 6ᵐ qn̄ dr̄. qcqd pōt in densiori τc̄. ꝯcedit̄ ꝙ in illo medio rariori pōt multiplicare p lineā rectā sicut in dēsiori: quāuis illa recta in rariori cū illa in densiori nō cōponāt vnū rectū radiū: nec h̄ ꝓbat̄ per augmētū. ¶ Ad 7ᵐ si sic. tūc radius τc̄. ꝯcedit̄ si oblique incidant: sꝫ si ꝑpendiculariter nō opꝫ. ¶ Ad iprobationeꝫ qn̄ dr̄. reflectit̄. ꝯcedit̄ in vno loco. imo ēt in quolꝫ: τ cū h̄ ēt refrangit̄ visus aliū locū vel diāꝫ positionis: nec hoc est inconueniens. ¶ Ad 8ᵐ qn̄ dr̄ si sic. tūc in aere fieret refractio τc̄. ꝯcedit̄: sꝫ hoc multotiēs nō expimur. imo si essem⁹ in aqua vel aliud sile ꝙ radiaret oblique sup aerē refrangeret̄ ab incessu recto vel a ꝑpendiculari: sicut appet in figura dicta linea. c. p. τ inter lineā. b. c. τ. d. c. τc̄. Et sic patet. Qō. II.

Queritur vtrū radius visualis ꝓcedens a luminoso existe in medio vni⁹ raritatis frangat̄ ad perpēdicularē vel a ꝑpendiculari occurrēte medio alterius densitatis. Et arguit̄ p̄mo ꝙ nō: qꝛ si sic. tūc occurrente medio densiori: maxie videret̄ frāgi ab incessu recto ad ꝑpendicularē. ꝯn̄ia illa pꝫ ex dictis in p̄cedēti qōne: sed falsitas ꝯn̄tis ꝓbat̄: qꝛ si sic tunc radius ꝑpendicularis posset frangi. ꝯn̄s est falsū: τ ꝯtra dicta p̄us: ꝓbat̄ ista ꝯn̄ia. nā posito ꝙ aliqd luminosū iam ꝑpendicular̄r per duo media radiās inequal̄r rara icipiat moueri: sic ꝙ imediate post h̄ radiet p medium rarius in quo sit radius ꝑpendicularis: hic ꝓpositū ꝙ ꝑpendicularis frangit̄ vel nō manet ꝑpēdicularis: τ tūc seqt̄ ꝙ immediate post hoc ꝓcedit icessu recto cū radio q est cū medio rariori: τ sic aliqs radius nō frangit̄. ¶ Et ꝯfirmat̄: qꝛ si sic puta ꝙ frangeret̄ oporteret ꝯtinue ꝙ in tali motu luminosū causaret nouū lumen in vtroqꝫ medio τ in quolꝫ instāti nouos radios. ꝯn̄ia tꝫ: qꝛ alr̄ si duraret idē radius p aliqd t̄ps post incessionē motus radius oblique incidēs nō frangeret̄: nec pōt dici ꝙ in quolꝫ instāti fiat nouus radius: qꝛ tūc non diu duraret i medio dēsiori ꝙ̄ in rariori: qd est ꝯtra experiētias quas ponit Alacē. in p̄mo ꝑspectiue: nā viso luminoso τ aduertētib⁹ nobis ad tenebras apparebit adhuc ꝓp densitatē oculi silitudo luminosi qd nō eēt nisi in medio dēsiori diutius duraret. ¶ Scd̄o si sic. tūc vnū τ idē luminosū posset multiplicare radiū sup seipsū absqꝫ refractione. ꝯn̄s est falsū: qꝛ radij τ spēs visibiliū nō sunt apti nati agere ad omnē diāꝫ: sed solū directe an̄ se ad diāꝫ versus quā agit agēs sic expimur: qꝛ alr̄ videremus nosipsos sine speculo: τ ꝯn̄ia ꝓbat̄ posito ꝙ luminosum sit in medio valde raro sub quo sit aliud mediū dēsius: τ sub scd̄o tertiū densius: τ sic sub tertio quartū: si ergo radi⁹ frangit̄ pōt totiens frangi ꝙ incuruat̄ τ redit ad aliā viāꝫ sup seipsū: qd est ꝓpositū. ¶ Tertio si sic. sequit̄ ꝙ due magnitudies equal̄r ab oculo distātes appent ineq̄les: hoc ꝯn̄s est falsū: τ ꝯ tertiā ꝯnē libri de aspectibus vel de visu. ꝯn̄ia tꝫ: qꝛ posita vna magnitudie eq̄liū in aqua sic ꝙ videat̄ p duo media τ posita alia i solo aere: qd videat̄ solū p vnū: tūc illa q̄ est in aq̄ si videbit̄ p radiū fractū videbit̄ maior vel minor ꝓpinqor vel remotior ꝙ̄ alia q̄ p vnū solū radiū vr̄. ¶ Quarto si sic. g̊ visio non fieret p lineā: vel nō ois. ꝯn̄s est falsū: τ ꝯ 2ᵐ p̄nᵐ libri de specula: vbi dr̄ visa oia recte videri: sꝫ ꝯn̄ia ꝓbat̄: qꝛ ex quo frangeret̄: τ p taleꝫ radiū fieret visio: seqt̄ ꝓpositū. ¶ Quinto si sic. sequeret̄ ꝙ aq̄ frigida posita in vrinali in radijs solarib⁹ citius calefieret in medio vel in ꝓfūdo ꝙ̄ in extremitatib⁹. ꝯn̄s est falsū: τ ꝯ experiētiā τ rōnē: qꝛ sol calefacit mediāte radio aquāꝫ. g̊ p̄us calefacit ptē ꝓpinquiorē soli ꝙ̄ remotiorē: puta mediū ꝓpe centrū. Sed ꝯn̄ia ꝓbat̄: qꝛ ex quo radij oblique incidētes occurrente medio dēsiori frangunt̄ ad ꝑpendicularē: vt dicit qō. igit̄ radij ab vno latere intus oblique incidētes frangunt̄ ad ꝑpendicularē: τ sic ꝓcedūt ꝓpe centrū vitri τ aque: τ sic silr̄ ex alio latere. igit̄ ꝯcurrūt ꝓpe centrū: τ cū infiniti radij luminosi poterūt causare fortē calorē: τ sic ꝓpe centrū citius calefiet ꝙ̄ in extremitate magis ꝓpinq̄ soli: τ ex alia: qꝛ facta scd̄a fractione q̄ fit post exitū radiorū ex vitro radij luminosi sūt debilitati cū magis distāt a fōte vl̄ ab origie: τ adhuc ꝯcurrētes causant calorē: imo ignē: vt experiētia docet: iō fortiori rōne i medio vbi fit p̄m⁹ ꝯcursus causabūt calorē.

Ad oppositum Aristo. per experiētias dictas in p̄ qōne. ¶ Notādū est circa qōnē ꝑsupponēdo ea que p̄us dicta sunt in p̄ori ꝙ linea ꝑpendicularis dr̄ recte linea que alteri supstās facit vtrobiqꝫ duos angulos eq̄les. vt pꝫ ex p̄mo Euclidis. ¶ Itē sciēdū ꝙ media diuersarū densitatū: in qb⁹ dꝫ fieri fractio opꝫ eē diuersarū supficierū: τ nō cōtinua: sicut sūt aer τ aq̄ τ terra: vel si sint cōtinua: opꝫ ꝙ sint sensibiles diuersitates in raritate vel densitate partiū medij in pūcto vbi dꝫ fieri fractio: sic ꝙ puto ꝙ si esset vniformiter difforme rarū mediū: cuius medietates essent dissimiliū densitatū: tn̄ ibi nō fieret fractio sensibilis. ¶ Ulteri⁹ nōn̄ᵐ ꝙ vel talia media sunt plana: τ supficierū vel curuarū: q̄les essent ꝓportiones sphere vel colūne rotonde vel pyramides. si plana: tunc radi⁹ ꝑpēdicularis τ linea ꝑpendicularis cōsilr̄ describit̄: sicut iam fuit dictū: τ tūc opꝫ duplicē eē ꝑpēdicularē vnā in dēsiori medio: τ aliā in rariori: τ sic nō solū est imaginādū in vno puncto: sꝫ in quolꝫ puncto supficiei: sicut in p̄ori figura. e. c. est ꝑpēdicularis in rariori. τ. c. f. ꝑpēdicularis in dēsiori. τ silr̄ mō est in quolꝫ puncto a. b. imaginādū. Sꝫ si fuerit supficierū curuarū: vt puta ꝙ sint portio sphere vel portiōes: tūc ꝑpēdicularis sup spherā densiorē existē in medio rariori est sumēda penes lineā rectam ductā a cētro sphere vsqꝫ ad circūferētiā p pūctū fractiōis. vbicūqꝫ h̄ ꝯtigit: τ tn̄ anguli ex vtraqꝫ pte linee sibiinuicem sūt eq̄les: puta ifra spherā anguli portiōis: τ ex̄ spherā: si ꝓducat̄ linea anguli erūt sibiinuicē eq̄les: qꝛ qlꝫ angulorū cōtentorū a linea recta: τ supficie sphere exteri⁹ excedit angulū rectū p angulū ꝯtigētie. τ qꝛ recti sūt eq̄les additis eq̄libus angulis ꝯtigētie erūt anguli ꝯstituti ex eis eq̄les. ¶ Consilr̄ est imaginādū de ꝑpēdiculari sup supficiē colūnalē rotūdā: τ sup pyramidalem rotūdā: sic tn̄ ꝙ egrediat̄ linea recta ab axe colūne ad circūferentiā: τ sic vltra: τ ab axe pyramidis. ¶ Ulteri⁹ nōnᵐ ꝙ siue supficies sit curua siue recta: dūmō sit regl̄aris: τ nō nimis tortuosa nō variat ipꝫ. ¶ Sit g̊ p̄ᵃ ꝯ. ꝙ si luminosū vel visibile exn̄s in medio rariori multiplicat radiū vsqꝫ p meᵐ dēsius radi⁹ oblique icidēs frāget̄ ab incessu recto ad ꝑpēdicularē in supficie: illa duo media diuidēte: τ ista ꝓbata fuit in p̄ce. q. τ pōt adhuc ꝑsuaderi p aliaꝫ experiētiā: vn̄ posito ꝙ in figura p̄ori. b. esset candela radians oblique sup pūctū. c. sic ꝙ. f. c. esset latus vasis eius densum ꝙ radi⁹ nō posset trāsire p ipꝫ directe vsqꝫ ad pūctū. m. vbi sit denari⁹: tūc vase ipleto aq̄ clarissīa cādela illuminabit istuꝫ denariū quē p̄us nō potuit illuminare nō existe aqua. g̊ cum denarius nō sit in termino icessus recti: sꝫ sit magis ꝓpinq⁹ ꝑpēdiculari: scꝫ ꝙ radi⁹ frāgit̄ ab icessu recto ad ꝑpēdicularē. c. f. vt pꝫ in figura. ¶ 2ᵃ ꝯ. si luminosum fuerit in medio densiori: τ sic multiplicet radium oblique incidentē ad supficiē medij rarioris: tūc adhuc post illā supficiē frangit̄ radi⁹ in medio rariori ab incessu recto a ꝑpēdiculari. τ h̄ conuersio mō poterit ꝓbari sicut p̄cedēs: τ ēt tacta fuit precedēti qōne.

Perpendicularis linea quid sit.

⁊ pbari pōt ꝯsili experientia p vmbrosum positum in loco c.⁊ φ impediat radiū.c.d.vel.c.p.fractū:⁊ nō impediat.c.incessum rectū. Et ex istis duabus pȝ φ si fuerint plura media primū rarius scđo.⁊ scđm tertio:⁊ sic de alijs sempˀ radij incidētes obliq̄ supˀ dēsiora refrāguntˀ ad ꝑpēdiculares ⁊ incidētes supˀ rariora ꝑpēdicularibus franguntˀ. ¶ 3ª ꝯ φ si res visa videatˀ p radiū fractū:⁊ p duo media ista appebit esse in ꝯcursu incessus recti cū linea ꝑpēdiculari ducta de re visa ꝑpēdiculariter supˀ supficiē cōem duo media diuidentē si ad tātū se extēdit. Istā pspectiui p experiētiā inuenerunt:⁊ pōt declarari in figura poīt:⁊ sit.d.oculus vidēs p radiū fractuȝ d.c.⁊.c.m.ipm.m.tūc ducta linea recta ad.m.supˀ.a.b.ꝑpēdiculariter que sit.m.q.tūc hec linea ꝯcurrit.cū.c.g.in pūcto.q.⁊ in illo pūcto.q.appebit esse.m.⁊ hoc est in ꝯcursu linee ꝑpēdicularis cū linea incessus recti:tñ fm rei veritatē nō est ibi:⁊ hoc praticis geometris pōt inueniri:hoc vt in plibus peactice q̄ ꝓcedunt p instrā ⁊ p radios visuales fm rectos radios mēsurāt ⁊ fm terminos rectoꝶ:imaginato ḡ recto radio.d.c.vlterius fm rectitudinē ꝓducto vsqȝ ad.g.imaginetˀ vnus angulus circa.c.g sit medietas recti.grā exēpli.⁊ sit.d.b.c.angulus ille:⁊ imaginetˀ aliꝰ angulus circa oculū.d.g sit ēt medietas recti:⁊ tertius.puta.b.sit rectum:⁊ hēbitˀ vnus triangulus.b.d.c. Cōsilr imagietˀ alius triāgulus.scȝ.c.d.n.cuiꝰ angulus.c.sit medietas recti ⁊.d.rectus.tūc p trigesimā scđaȝ pmi Euclidis.n.erat medietas recti.cū igiˀ hic sint duo triāguli eq̄anguli.ḡ p q̄rtā ꝯnē sexti:latera sunt ꝓportionalia. sicut ḡ se hȝ.b.c.ad.n.c.ita tūc. d.c.ad.d.b.sȝ qꝛ.b.c.est maior.n.c. erit ēt.d.c.maior.c.n.in eadē ꝓportione.φ aūt.b.c. sit maior.c.n. pȝ.qꝛ.b.c.est maior.q.c.⁊.q.c.⁊.n.c. sunt eq̄les:qꝛ sunt due ꝑpēdiculares supˀ duas eq̄ distātes q̄ sunt.c.f.⁊.m.q.ḡ p trigesimā q̄rtā pmi Euclidis sūt eq̄les:qꝛ ḡ.m.nō pōt p remotiorē lineā appere q̄ȝ sit.c.m.opȝ iuxta experientiā sensualē.m.appere in pūcto.n.qđ fuit ꝓpositū. Idē pōt psuaderi p aliā experiētiā:qꝛ posito φ in vase eēt vt sit aliqđ positū:⁊ extra vas poneretˀ vnus denarius eq̄lis.m.eq̄ alte:⁊ eq̄ distāter ab oculo.d.sicut distat pūctus.n.tūc.m. ⁊ ille denarius appereret extra eq̄ remote:seu eq̄ ꝓpinque ipsi oculo.d.qđ nō esset nisi m.apparēte eē in loco.n. ¶ Alia ꝯ est.φ si ēt visibile exñs i medio rariori videatˀ ab oculo in medio dēso p radiū fractū ipsum visibile appebit in ꝯcursu linee ꝑpēdicularis cū linea icessus recti:ista ꝓbatˀ eꝯ vt posito φ.n.c.sit incessus rectus ab oculo.m.exñte in medio dēsiori:⁊ videatˀ.d.p fractum radiū.d.c.m.g.d.appebit in pūcto.b.qđ iterˀ pspectiui p expiētias adinuenerūt.⁊ pōt declarari sicut ꝓcedēs vertēdo figurā. ¶ Ex istis ꝯnibꝰ pȝ.φ oia visa p diuersa media in dēsitate ⁊ raritate p radios fractos appebūt esse extra loca ꝓpa in qbus sunt:⁊ esse in qbus nō sunt.pȝ.qꝛ.m.nō est in loco.n.tñ ibi appet esse:silr.d.nō est in loco.b.q̄uis appareat esse ibi. ¶ Scđo ex isto pȝ. φ ex quo aer in quo sumus est densior igne ⁊ corpibus celestibꝰ:⁊ stelle obliq̄ nos respiciētes q̄ sunt supˀ zenith capitis appebūt extra loca in qbꝰ sunt imo remotius appebūt esse q̄ȝ sint. Et ex isto appet ēt vna cā:q̄re mōachi qñ legūt hores ponūt.beril'ū añ oculos:qꝛ lrē apparent ꝓpinquiores ⁊ dēsiores ꝑꝑ dēsitatē vitri:⁊ ꝑꝑ fractionē q̄ fit in dēso. ¶ Et isto legˀ vltima ꝯ rnsalis ad q̄siti φ radij visuales obliq̄ incidētes in ꝯcursu medij alterius dēsitatis frāguntˀ potius ad vnā diā q̄ȝ ad aliā ⁊ ad ꝑpēdicularē si sit dēsius occurrēs:⁊ a ꝑpēdiculari si sit rarius occurrēs: ⁊ pȝ ista ex pōribus ꝯnibus. ¶ Ex quo seˀ correlarie φ in oi visiōe p obliquos radios ⁊ fractos sensibilr accidit deceptio ⁊ error: qđ pȝ ex ꝯnibus: qꝛ aliqđ appet ꝓpinquis ⁊ aliqđ remotius q̄ȝ sit. ¶ Iterˀ res sic visa q̄ est recta appet fracta ⁊ res eq̄les apparent ineq̄les:⁊ ista est cā q̄re rectus baculus:cuius medietas est in aq̄:⁊ alia medietas extra apparet fractus:⁊ hoc si obliq̄ aspiciatˀ. Et sic pñt multi errores ꝯsiles ꝯtingere:vtputa φ vna res appareat due vel tres:⁊ paruus hō appareret magnus gigas ꝓpter refractionem radiorum.

In oi visione p obliquos radios ꝯtingit decipi.

Ad rōnes.

Ad rōnes pncipales

Ad pmā si sic ꝑpēdicularis ⁊c.dōm φ nō frāgitˀ p aliqđ tps sensibile nec remanet nisi tūc mediū sit talis nāe φ possit reseruare spēm vel radiū absente obiecto sicut est memoria aialiuȝ ⁊ organum visus. ¶ Ad aliā ꝓbationē admisso casu diceretˀ φ imediate post hoc radius erit fractus:⁊ imediate post hoc erit alius a ꝑpendiculari:ȝ tamen minus distet a perpendiculari q̄ȝ incessus rectus ꝓcedens a luminoso:nec opȝ φ equalr distet radius obliquus in densiori:sicut radius obliquus in rariori distat a ꝑpendiculari. ¶ Ad aliā ꝯfirmationeȝ opȝ luminosiȝ ⁊c.ꝯceditˀ ad ꝓbationē:qꝛ tunc nō diutiꝰ in medio rariori ⁊c.ꝯceditˀ si nō sit reseruatiuū nālr.cuiꝰ est oculus de quo instas ⁊c. ¶ Ad scđam si sic ꝯceditˀ totū qđ infertˀ nec est impoīe sine reflexione politi corporis. ¶ Ad tertiā segˀ ⁊c. cōceditˀ ⁊ hoc ꝯtingit ꝑꝑ diuersitatē medioꝶ:sȝ si media essent oino ꝯsilia:tunc nō esset poīe. ¶ Ad aliam.cōceditˀ ꝯns esse poīe. Ad improbationē agēs fortius agit ⁊c.verˀ est ceteris paribus:sȝ hic cetera nō sunt paria:qꝛ ꝓpe mediū vitri fit cōcursus valde multoꝶ radioꝶ q ꝯcursus nō fit in extremitate magis ꝓpinq̄ soli:⁊ iđ nō opȝ fieri tātū calorē ⁊c. Qđ.III.

Queritur

Queritur tertio vtrˀ ois radius visualis reflectatˀ in occursu medij densioris. Et arguitˀ pmo φ nō:qꝛ si sic:seqˀ φ duo accidētia solū numero diā simul ⁊ semel essent in eodem subto: ⁊ hoc est falsum: vt pȝ ex 5° metaphy. vbi di.φ diā spē sunt que in eodē subto existūt diam hñt:si ergo solū nuō dint ⁊ essent in eodē subto:differrēt spē: qꝛ hñt diaȝ in eodē subto:sed ꝯña ꝓbatˀ posito φ aliqs inspiciat speculū sic φ radius incidēs reflectatˀ supˀ seipm: tūc in eodē subto est radius icidēs ⁊ reflexus:⁊ vterqȝ istoꝶ est accñs eiusdē speciei cū alio:diā solū fm maius ⁊ minus:⁊ nō cōponētia vnū:nec vnus illoꝶ est alter:cū vnus sit remissior alio. Et ex alio qꝛ si illi radij cōponerēt vnū eadeȝ rōne duo radij eiusdē luminosi duoꝶ luminosoꝶ agentiū ad vnū mediū facerent vnū:qđ est falsum:qꝛ tūc si duo luminosa eq̄lia ex oppositis partibus ponerentˀ facerēt lumen in medio p totū vniforme:qđ experimur esse falsuȝ.⁊ ꝯña tȝ:ex quo luminosum vniforme facˀ lumen vniformiter difformē in medio: ⁊ ista duo vniformiter difformia ex opposito ꝯuenientia facerent vnū lumen per totū vniforme.⁊ ex alio si componerent vnū oporteret φ infinita actu entia equalia quoꝶ qđlibet est tātū intēsuȝ sicut vnū datū componeret vnū:⁊ oporteret φ cā efficiens cū suo effectu cōponerent vnum.ꝯña prima tȝ: qꝛ posito speculo ꝯcauo ad qđ radius incidat tūc per refractionem in pūcto ꝯcursus:infiniti radij eq̄les ꝯueniūt:quoꝶ qlibet est tantus:sicut vnus datus.⁊ si isti componerēt vnū haberetˀ ꝓpositum.alia ꝯña tȝ:qꝛ radius incidens est cā efficiens radij reflexi. ¶ Scđo si sic.capiatˀ totuȝ medium rarius: ⁊ sit.a.b.⁊ densius sit.c.d.tunc incidat radius a puncto:⁊ ꝓcedat super densius medium:⁊ diuidatur.a.b.in partes ꝓportionales sic φ minores versus.b.terminentˀ: ⁊ ꝯsilr.c.d.diuidatur versus.c.tūc ille radius nō reflectetˀ in.a.b.media.ꝓbatur:qꝛ in nulla parte: nō enim in prima nec in scđa: ⁊ sic de alijs.igitur in nulla.igiˀ radius nō reflectitur occurrēte medio dēsiori. ¶ Tertio si sic:sequitˀ φ ideȝ radius seipsum intēderet:hoc est falsuȝ ⁊ incōueniēs:qꝛ nō esset cā q̄re magis ad aliquē gradū finitū q̄ȝ ad infinitū: nec est possibile:qꝛ idē agens ageret vltra gradū ꝓpriū:sed ꝯña ꝓbatˀ:qꝛ posito φ radius reflectatˀ in seipsum p eādē viaȝ quā venit tūc isti ambo intēsius ⁊ fortius agerēt q̄ȝ pus egisset incidēs solus:⁊ si iterˀ p aliqđ reflectēs ex alia pte reflectatˀ vbi pus iterˀ erit fortior:⁊ sic in infinitum. ¶ Quarto reflexio significat motū localē:sȝ nullū accñs mouetˀ localr nisi subm mo-

X.c.16.

neat̃. ideo cū ois radius sit accñs ⁊ subm nō moueat̃ nullo mō reflectit̃. ¶ Quinto si fieret reflexio maxie videret̃ a solis corpibus dēsis. ⁊ h̃ est falsū. vt pȝ in lr̃a: qȝ antiphō vidit faciē suamet in aere: ⁊ hoc sine speculo vel corpore dēso vel saltē sine densiori aere. ¶ Sexto si sic. maxime hoc esset a planis corporibus ⁊ politis: hoc est falsum. pbo. qȝ nihil est planum in istis inferioribus fm q̄ dicit Cōmen. 2° celi.

In oppositum est Arist. ⁊ oēs pspectiui: ꝑ experientiā videmus i speculis ⁊ i alijs: puta in aq̄ ⁊ glaciebus ⁊ vitrieis ⁊ in alijs corpibus politis dēsioribus aere q̄ radij multiplicati ad ipsa reflectuntur.

Dria reflexionis ⁊ refractionis ⁊ quid sit vtriq̄.

In qōne ista supponēda sunt q̄ dcā sunt in prioribus qōnib⁹ huius tertij. Sȝ vlterius nōndū est q̄ dria est iter reflexionē ⁊ refractionē: quia reflexio fit qñ occurrēte aliquo medio dēsiore radius in dēsius nō pcedit totalr. Sȝ v̄sus eādē ptē redit vbi incidebat: ⁊ si ptiȝ pcedat in dēsius: dūmō tñ silr reuertat̃ talis radius sic reuertius dr̄ reflexus. Exēplū pmi. sic in speculis calibeis vel i gladijs politis radij reflectunt̃: ⁊ nō pcedūt in pfundū pp nimiā dēsitatē. Ex° scđi. sicut i aq̄ vel i vitreis radius icidit ⁊ reflectitur: ⁊ eā penetrat vel refrāgit̃. Refractio vo radij dr̄ qñ procedit vltra in mediū dēsi⁹ cā's angulū cū radio incidēte: vt pȝ ex prioib⁹. ¶ Ulteri⁹ nōn° q̄ qñ dr̄ radiū reflecti nō est imaginandū q̄ lumē aliqđ p motū localē moueat̃ vel reflectat: sic virga flectit̃ ⁊ pilla ad murū piecta rediēs dr̄ reflecti qñ redit. Sȝ intelligit̃ q̄ qñ radius reflectit̃: tūc spēs vel forma directe multiplicata vsqȝ ad mediū dēsius vel grossi⁹ nō procedit totalr illic: sȝ sibi silē v̄sus illā drīā a q̄ venit vel versus aliā pducit: ⁊ h̃ nō eēt nisi dēsi⁹ polimi occurreret. ¶ Istis distinctionib⁹ premissis pmictēde sunt suppōnes q̄s aliq ponūt. ¶ p̄° est. q̄ oē agēs nāle nō icorpale: sȝ corpale multiplicat v̄tutē suā circa se qñqȝ circularitˀ: ⁊ qñqȝ colūnalr: ⁊ sic diuersimode fm diuersitatē figurarū corpoȝ agētiū: ⁊ volunt aliq q̄ sphērice diffundāt v̄tutē: sȝ h̃ est falsū nisi esset agēs sphericū. ¶ 2ª suppō q̄ dēsitas medij resistit in multiplicatiōe v̄tutis fm modū pus tactū: nō sic q̄ sphera causet successionē in actione: sȝ sic q̄ nō ita intēse nec ita remote agēs aget sicut egisset si mediū nō fuisset ita dēsuȝ. ista pȝ p experiētiā: qȝ si poneres manū q̄ est dēsa iter oculū ⁊ cādelā: manus impediret actionē cādele in oculū: si ēt posueris vitrū an fenestrā nō videbis eque bñ sic si nō eēt. ¶ 3ª suppō est q̄ qñqȝ ex tali resistētia multiplicat̃ ⁊ fortificat̃ actio ipsius agētis: ⁊ sicut̃ q̄ fortius agere: h̃ v̄sus agēs: sȝ tñ nō opȝ sp: sicut apparet: 3ª rōne pncipali. alr idē itēderet seipȝ. Sȝ nōn° circa pmā suppōnē q̄ aliq̄ agētia nō sunt apta nata agere nisi ad vnā drīā pōnis ⁊ nō ad oēs: sicut satis pȝ ex pmo argumēto pncipali: ⁊ ex dcis i priorib⁹ qōnib⁹. ¶ Tūc sit pma ꝯ q̄ si radius vel radius icidēs sup corpus dēsi⁹ reflectat̃ sup supficiē illius dēsioris reflectit̃: vel in q̄libet pte pfunditatis eiusdē dūmō pringat. pbat̃: qȝ oē dēsuȝ reflectit vel pōt reflectere: oē corp⁹ est dēsum. g̃ oē corpus reflectit̃ vel pōt reflectere: ⁊ vltra. oē corpus reflectit vel pōt reflectere: ⁊ nō aliud nisi radiū. g̃ radius reflectit̃ sup corp⁹ dēsius: maior rōnis pmisse pȝ p pmā suppōnē q̄ dicebat̃ q̄ dēsitas medij resistit i multiplicatione: ⁊ ex h̃ ꝯtingit reflexio: sȝ maior pȝ: qȝ oē corpus est raꝝ vel dēsum. igit̃ oē corpus est dēsum. ꝯña satis appet saltē in ppositoȝ: qȝ oē corpus est raꝝ. oē corpus est dēsuȝ: sȝ aūs manifestū est: qȝ si esset aliqđ corpus raꝝ qđ nō esset dēsuȝ: qrit̃ nūqđ hēt ptes ppinq̄ iacētes vl nō: ⁊ si sic: iā eēt dēsuȝ: ⁊ si nō: iā nō eēt corp⁹: qȝ nō hēt ptes ꝯtinuas: qȝ nō hēt ptes ppinq̄s. minor pȝ ēt ex septio pspectiue Alacē. ⁊ ex tractatu eiusdē de crepusculis: vbi vult q̄ q̄ntūcūqȝ corp⁹ sit rarū: tñ aliquātulū est dēsuȝ: ⁊ itēdit ibidē ēt ꝯnē istā p̄ᵃ: ⁊ vult q̄ in supficie reflectat̃ radius: ⁊ h̃ est veꝝ si nō multiplicet̃ vsqȝ ad pfundū. Et si multiplicet̃ ad pfundū: tūc ptim in supficie ⁊ ptim in pfundo reflecteret̃. Si vo supficies nō eēt plana: tūc lȝ nō manifeste appereret reflexio p radiosa ꝯgregatos: sic plana supficie: tñ adhuc reflexio fieret: sic. v.g. si sol radiaret sup supficiē speculi planā seu politā radi⁹ reflecteret̃ satis māifeste ⁊ apparēter. Sed si radiaret sup parietē: non ita māifeste reflecteret̃: lȝ reflecteret̃ q̄ appereret: qȝ totū mediū meli⁹ illuminat̃: ⁊ si radi⁹ icideret sup aq̄ȝ nō solū fit reflexio: sȝ cū h̃ aq̄ in pfundo illuminat̃ sic experimur. ¶ 2ª ꝯ est ista. q̄ tot⁹ radi⁹ veniēs a lumioso vel visibili p rari⁹ mediū vsqȝ sup mediū dēsi⁹ multe dēsitatis ⁊ plane supficiei reflectit̃ i seipȝ si eq̄les faciat angulos ex oi latere cū supficie ad quā icidit: pbat̃. nā ex pcedēti pȝ q̄ reflectit̃: si sic icidit: ⁊ nō pōt ire p aliā viā: qȝ iā angulus icidētie ⁊ reflexiōis nō eēnt eq̄les: qđ ē ꝯ vigesimā ꝯnē pmi Uitulōis. g̃ seqt̃ q̄ reflectit̃ vel reuertat̃ i seipȝ. Ex isto accidit q̄ hoies pñt seipsos videre i speculis si sint directe opposita radij redibūt sup seipsos ⁊ sup eosdē oculos. ¶ 3ª ꝯ sit ista q̄ si radi⁹ icidit obliq̄ sup mediū tale vt pmissuȝ ē: ⁊ nō faciat ex oi pte eq̄les angulos: ille reuertat̃ obliq̄ sic q̄ reflex⁹ radi⁹ cū supficie a q̄ reflectit̃ nō facit angulos rectos: sȝ fac angulos ieq̄les: ⁊ sic obliq̄ pcedit. ista pȝ p vigesimā ꝯnē pmi Uitulōis: ⁊ p pmā ꝯnē libri de speculis: ⁊ i tractatu Jacob alchidi de umbris: ⁊ ē rō: qȝ angulus icidētie ⁊ reflexiōis sūt eq̄les. g̃ si obliq̄ icidit obliq̄ reflectet̃. Et ex istis ꝯnib⁹ pȝ q̄ vbi ē maior dēsitas ceteris pib⁹: ibi maior reflexio vel fortior: ⁊ minor vbi minor ceteris pib⁹. Et pȝ. vbicūqȝ est refractio ibi ē reflexio: sȝ nō eꝯ: qȝ fractio nō fit nisi a corpe dēso: ⁊ oē dēsuȝ reflectit: vt visum est: igit̃ vbicūqȝ est fractio ibi est reflexio: sȝ q̄ nō eꝯ: pȝ: qȝ aliqđ est corp⁹ ita dēsum q̄ nulla fractio i eo fieret: nec penetratio radij: sic pȝ i speculis calibeis vel ferreis vbi nō fit penetratio saltē sensibilis. ¶ 4ª ꝯ est ista q̄ incidētalr pdictis pōt addi q̄ in oi alteratione corpoꝝ seu corpali ⁊ extēsa fit aliq̄ reflexio. pbat̃: qȝ ois v̄t⁹ alteratiua multiplicat̃: sic radij multiplicant: sȝ radij reflectunt̃ p pcedētes ꝯnes. g̃ maior pȝ: p Lincōniēsem in tractatu de radijs. silr p Cōmētā. in 2° de aīa. silr pȝ in singulis v̄tutib⁹ alteratiuis. ¶ Sȝ tñ nōn° q̄ ille v̄tutes alteratiue sunt valde diuerse: qȝ q̄dā multiplicāt se vl pducūt sibi silē valde velocit̃. alie aūt pmo pducūt aliqđ mediāte quo cū agēte pducit̃ aliqđ: ⁊ sic satis tarde ⁊ successiue. ¶ Ex° pmi. sicut lumē q̄ valde cito pducit̃ a luminoso: vñ si subito lumiosuȝ approxiaret̃ vl pñtaret̃ medio illuminabili tā cito illuminaret ptē ppinquā sic remotā. imo tātū faceret q̄ntū pōt facē statī: nec faceret plus si staret cētū ānis q̄ fec̄ i pncipio. ¶ Ex° scđi. sicut caliditas ignis vl alteri⁹ ⁊ alioꝝ silīū:

Caliditas nō subito introduci posset in subiecto maxie disposito.

dato enī q̄ subito calidū pñtaret̃ calefactibili nō bñ i ꝯriaȝ q̄litatē: adhuc nō subito pduceret totā caliditatē: nec p distātiā in pncipio sicut in fine: qȝ ex nā sua pcedet ⁊ adiuuabit̃ p id qđ pductū est ad pducēdum vlterius intēsius vel remotius. Et ex illo pȝ q̄ q̄uis esset mediū dispositū pñte igne h̃ g ageret in ptē imediatā caliditatē eq̄ sibi intēsaȝ: nō tñ subito cōbureret aliqđ qđ valde distaret: qȝ opȝ q̄ aliqđ pus pducat̃ mediāte quo posset vlterius agere. secus aūt est de luminosis ⁊ agētibus que nō iuuant̃ ab effectibus pductis: ⁊ huius cā est nā que sic disposuit. ¶ Sȝ nōn° q̄ quedā sunt virtutes alteratiue que valde impediuntur a diuersitate medij vel passi. ⁊ alie nō. exēpluȝ pmi sicut lumen. exēplū scđi sicut influētie de qbus dcm̄ fuit in q̄dam qōne pmi. magnes enim p influētiā faceret ferrū moueri si lignū esset inter mediū iter ferrū ⁊ magnetē: sic si solus aer eēt in medio: dūmō dēsitas ligni nō ipediret motū ferri. ¶ Itē aliq̄ v̄tutes agūt bñ remote alijs v̄tutib⁹ secū coexistētis nō potētibus eque remote agere: sicut vnus ignis ageret bñ in nocte speciem lucis valde remote: ⁊ tñ nō pōt p tantā distantiā agere calorē q̄uis calor ⁊ lux in eodē igne extendant̃. ¶ Iterū alique v̄tutes iuuant̃ p densuȝ ad agendū intensiualr: aūt non: sȝ

īpediunt: ⁊ hoc pȝ in caliditate ferri qḋ intensius agit cū sit densum q̄ si aliquod rarum esset eque calidum.

Ad quīto ꝑncipale

His visis dōm est ad rōnes. Ad pᵐᵘᵐ qn̄ dicebat̄ seque ret̄ ꝙ duo accn̄tia ⁊c̄. dōm ꝙ hᵒ est pōle: qꝛ possūt hr̄e talē cōceptū aialis aial est hō. hō est. Ubi sūt oino cōsiles in aia cōcept⁹. Ad ꝓbationē 5ᵒ meta. dico ꝙ Arꝫ. itel ligit de differētib⁹ spē terminis: ꝙ termini sigñantes vnū ⁊ idē subȝ dīnt spē: sic musicū ⁊ albū sigñant sortē: dīnt tn̄ spē. ❡ Aliter pōt dici ꝙ radius incidēs ⁊ reflex⁹ faciunt vnum. ❡ Ad argᵐ q̄ ꝯ hᵒ erāt qn̄ dr̄ idē agēs ⁊c̄. ꝯcedit̄: qꝛ hoc est nāl quorūdā agētiū nāliū intētionaliū: ꝙ pn̄t agere an̄ se ⁊ nō re tro. ❡ Ad aliud qn̄ cōfirmat̄ ꝙ idē eēt cā efficiēs ⁊c̄. negat̄: sȝ bn̄ ꝯcedit̄ ꝙ cā efficiēs cū effectu vnū pōt cōponere: sicut posito ꝙ aliqḋ subm̄ sit calidū: ⁊ ꝓp aliq̄ dispōnē subi aliq̄ pars q̄ nō fuit adhuc calida calefieret: tota calitas eēt vn⁹ ca lor: tn̄ ibi esset efficiēs ⁊ effect⁹ cōponētia illū calorē. ❡ Ad aliā cōfirmationē qn̄ dicebat̄ de luminosis ꝙ agerēt: pōt di ci ꝙ dato ꝙ radij diuersi cōponerēt vnū: tn̄ adhuc nō esset eque intēsum lumē inquolibet puncto medij: qꝛ ista lumina sic extensa nō possunt eque agere ad oēm differētiā positio nis in quolibȝ pūcto medij sicut in extremitatib⁹ medij ꝓx pe luminosa. Uel alr̄ pōt dici ꝙ actio luminis sumit̄ ꝑ lineam distātie actionis q̄ fit ab agēte: sed reflexio fit ꝑ distantiā ad agēs. Et ꝓp hoc īpedit̄ ne vndiqȝ sit eq̄lis itensio: vn̄ sic ve locitas q̄ aliqḋ a nō gradu inciperet intēdere motū vniformi ter difformiter: esset vniformiter difformiter: tn̄ sumēdo tar ditatē a gradu ad quē terminabit̄ itensio vsqȝ ad nō gradū velocitatis tarditas nō eēt vniformiter difformis: imo valde difformis: qꝛ ꝓcederet ad gradū infiᵗᵘᵐ tarditatis. ❡ Adhuc alr̄ pōt dici ꝙ tales radij nō cōponūt vnū. ❡ Ad aliud arg̃ dr̄ ifinita actu entia ⁊c̄. cōcedit̄. nec est incōueniens: nec seq̄t ꝙ ex hᵒ fiat ifinitū. Etiā posset dici ꝙ nō cōcurrūt ifiniti ra dij: qꝛ radius nō est solū linea idiuisibilis sm̄ lōgitudinē ⁊ ꝓfunditatē: sed est multū diuisibilis. ❡ Ad aliā de vmbris ⁊ foraminibus: dōm ꝙ est nā radioꝝ q cū talib⁹ extrinsecis adiuuantibus agūt ad vnā diāȝ sic ꝙ nō ad aliā. ❡ Ad 2ᵐ ꝑncipale qn̄ dicebat̄. capiat̄. a.b. ⁊c̄. admittat̄ casus ⁊ conce dit̄ ꝙ in. a.b. reflectit̄ radi⁹. ❡ Ad iꝓbationē. in nulla ꝑte a.b. ⁊c̄. Est dōm ꝙ capiēdo diuisionē vt ibi positū fuit cōce dendū esset ꝙ nec in ꝑma ꝑte fiet reflexio: nec in scḋa nec in tertia: tn̄ negat̄ ꝙ in nulla: ⁊ cā est: qꝛ faciēdo diuisionē ex̄ vi sibili ꝙ ꝑtes minores v̄sus. a. terminent̄: tunc in illa ꝑte fit re flexio. Iterū in ꝑma ꝑte cū scḋa: ⁊ sic in infinitū. ⁊ codē mō diceret̄ si fieret argᵐ de refractione. ❡ Ad 3ᵐ ꝑncipale: seq̄t̄ ꝙ idē radi⁹ ⁊c̄. negat̄ ꝯn̄ia. Ad ꝓbationē: qꝛ ille radi⁹ ⁊c̄. ad misso casu pōt dici ꝙ nō facerēt vnū: iō nō fit intensior radi⁹ ꝓp talē additionē: ⁊ dato ꝙ faceret vnū adhuc min⁹ itensus additū magis itēso nō facit itēsiorē. ❡ Ad aliud sequeret̄ ꝙ accn̄s moueret̄ ⁊c̄. dictū est in nobilib⁹ ꝙ nō opȝ ꝙ fiat ta lis mot⁹ in reflexione. ❡ Ad aliā cōcedit̄ ꝙ a solis densis: sȝ nō a solis speculis. Ad ꝓbōnē ꝯcedit̄ ꝙ magis manifeste appet in illis: nihilominus tn̄ ēt fit in alijs. ❡ Ad aliā si hoc eēt ⁊c̄. ꝯcedit̄. ad ꝓbōnē: qꝛ nullū est planū i istis iferiorib⁹. dōm ꝙ imo. ❡ Ad Cōmē. dr̄ ꝙ loq̄t de planis sm̄ totū ⁊ sȝ oēȝ supficiē. ⁊ forte nullū tale ē: sȝ suffic̄ ꝙ sit aliqḋ planū sȝ vnā supficiē: si ēt nō fieret a planis sufficeret ꝙ a politis cor ꝑibus fieret reflexio vel a densis. Et sic pȝ qḋ ⁊c̄. Qō. IIII.

